





19  
Lithographie der Kreise - Deutsches Reich  
aus dem Jahre 1871  
Von Dr. A. von Bismarck  
und dem Kaiser  
als Geschenk  
an die Universität Bonn  
am 1. August 1878  
Von dem Kaiser  
als Geschenk  
an die Universität Bonn  
am 1. August 1878  
Von dem Kaiser  
als Geschenk  
an die Universität Bonn  
am 1. August 1878





1718.

1. Ingelbrecht, Christph. Thes. Commiss: De causis impeditis  
hacenus felicis successus tentatae in Germania  
emendationis administratiois justitiae
2. Goch, Dr. Michaelius: De iuribus procerum imperio  
majestatico.
- 3<sup>rd</sup> Kressius, Dr. Paulus: Singulares observationes  
circa processum, praeceps Censorie Imperialis  
et iusticii staticei. 23 sept. 1718 - 1746
4. Leyserus, Augustinus: De falsis, quee vulgas ignorat.
5. Leyserus, Augustinus: De metatis
6. Leyserus, Augustinus: De morte absentis pro-  
banda.
7. Leyserus, Augustinus: De iuribus praediorum  
nobilium imprimis Saxoniorum.
8. Leyserus, Polycarpus: De reformatiois disciplinariis  
necessitate.

J. Schmidtius, Rarus: De morte probandi innocentiae  
per eucharistiam secundum onciale sed pessimum  
Ich will das Abendmahl drauff nehmen . . .  
10. <sup>et</sup> Trenor, Gotts. Samuel: De compendiaria crudelitate

1719

1. Engelbrecht, Christophorus Iamnes Caravado: De genuinis  
decisionum juris fontibus in terris Brunsvoe-Line-  
burgensis.
2. Gaebel, Ich.-Will: De hereditate usque partitione  
3. <sup>et</sup> Gaebel, Dr. W. Lehmann: De statu nobilis Latis Germanicæ  
2 Exempl.
4. Kochius, Corn. Diet. De fidelio voluntorum apud Mates
5. <sup>et</sup> Chrestius, Dr. Pintus: De regularitate successiones con-  
jugum. 3 Exempl. 1719, 1726, 1735
6. Leyserus, Thesaurus: De reis electio ministeriorum  
principiis.

1. *Lycerus Polycynus*: Tincturatio de facta medici  
aevi barbarie, insprimes circa pacis Latinam . . .  
speciminiis his . . . carninum editorum . . . corada  
zata . . . hystriacae pectorum medici aevi praemissa

8. *Mesobomius*, *Blandus*: De animali ad rectitudinem  
sanitatem impetrativa.

9<sup>a</sup> = Weise, *Fidens*: De perfectionibus superficiorum  
<sup>punctorum</sup>

9<sup>b</sup> = Weise, *Fidens*: De perfectionibus linearum.

10. Weise, *Fidens*: De perfectionibus superficiorum.

10  
CHI

C  
H  
A  
S  
V  
G

P. 311

A

*J. W. Goebel. de iuris. procerum imp. maiestaticis.*

DISSE<sup>R</sup>TATI<sup>O</sup> JVRIS PUBLICI

DE

1718, 2

260

JVRIBVS PROCERVM  
IMPERII MAJESTATICIS

QVAM

PRAE<sup>S</sup>IDE

JO. WILHELMO GOEBEL,

J.U.D. EJVSDEMQVE IN ACADEMIA JULIA P. P. O.

PUBLICÆ ERUDITORVM

DIS<sup>Q</sup>VISITIONI SVBMITTIT

A. ETR.

ANDREAS HEINRICH MATHIAS

HELMSTADIENSIS

AD DIEM NOVEMBRIS MDCCXVIII.



HELMSTADII,

— TYPIS HERMANNI DANIELIS HAMMII,  
ACAD. TYPogr.

DISSESSATIO IURIS BARBIC

JURIBUS HEGOCRIV

DISSESSATIO IURIS BARBIC

Cap. I.


Potestatis Procerum regni Franco-  
Germanici ortus & progressus.

II.

Jurium Majestaticorum Germaniae  
Procerum assertio.

III.

Argumentorum contrariorum refu-  
tatio.



SERENISSIMO ET POTENTISSIMO  
PRINCIPIAC DOMINO,  
**DOMINO**  
**AVGVSTO**  
**WILHELMO**  
DVCI BRVNSVICENSIVM  
AC LVNEBVRGEN-  
SIVM  
DOMINO SVO LONGE CLEMENTISSIMO  
MVSARVM STATORI OPTIMO  
MAXIMO  
PIO FELICI AVGVSTO  
VITAM PROSPERITATEM GLORIAM  
SVBJECTISSIME ADPRECATVS  
DISSERTATIONEM HANC  
SACRAM ESSE CVPIT  
DEMISSISSIMA SVBJECTIONE  
DEVOTVS  
ANDREAS HENRICVS MATTHIAS.

(X)

Sere-

SERENISSIME AC POTEN-  
TISSIME PRINCEPS

DOMINE CLEMENTISSIME

WILHELI MO

DACI BRUNNACENSIA  
AC TANNEA RGEN  
SIAM  
DOMINO ADOLOGE CLEMENTISSIMO  
MUNIBURG SITATORI OPTIMO

**A**dspice CLEMENTISSIMO,  
hoc est SERENITATI  
TVAE proprio, vultu paginas  
hasce, & patere, illas SERENISSIMVM  
nomen TVVM prae se ferre. Qua in  
re meae condonabis temeritati, PRINCI-  
PVM OPTIME, si, quae in Academia TVA,  
magna illa ingeniorum nutrice, nata-  
funt

\*\*\*

sunt, eorum fructus præcipios ad TVAM  
SERENITATEM redundare debere, æ-  
quum putabis. Afferunt illæ supremam  
potestatem Principum Imperii, quos in-  
ter Domus Tva virtutum, potentia, &  
rerum gestarum gloria celebratissima, ab  
omnibus retro sæculis veluti lux quæ-  
dam præclara effulsit; ut vel hoc solo no-  
mine tota hæc charta dicanda sit Majo-  
rum TVORVM, TVÆque propriæ MAJE-  
STATI. Nolo tamen fastigium SERENITA-  
TIS TVÆ illustrasse videri, cum in tanto  
culmine Two proferri nihil possit, quod  
ipsò dignum, aut quod non supra illud fo-  
ret; si modo non obscurasse videar.  
Splendidissimarum enim SERENITATIS  
TVÆ virtutum concentus, & divina illa  
augustæ DOMVI TVÆ TVÆque SERENI-  
TATI cum primis propria CLEMENTIA, ejus  
sunt amplitudinis, ut illa loquendi ratio  
quæ hyperbole audit, frigidus aliquis sit  
modus TE venerandi. Concede ergo, ut  
quod

quod verbis non possum, votis pie &  
religiose conceptis expleam, Deumque  
obtester, ut iis SERENITATEM TVAM bonis  
cumulate beet, quæ in votis aut supra  
hominum vota sunt, eaque perennare ju-  
beat in aliorum Principum exemplum,  
seculi gloriam, & populorum felicitatē.  
Vitam precantur & de suis annis singuli  
addunt omnes SERENITATI TVÆ subditi,  
quorum adeo probata est fides, ut in  
gremiis eorum secure dormire queas,  
quia dum per TE solliciti esse desinunt,  
pro TE solliciti esse incipiunt. Quo san-  
cto piamine votorum, quibus TIBI cum  
DEO, cui proximus es, paria facio, SERE-  
NITATI TVÆ supplex, qui CLEMENTIA  
radios quaqua versus spargis, fundo pre-  
ces, ne iisdem collustrare dedianteris

*PRINCEPS CLEMENTISSIME  
SERENITATI TVÆ*

subjectissimum devotissimum  
ANDREAM HENRICVM MATTHIAM.



§. I.

**Q**uod commune hominibus esse solet, ut alieno imperio  
ægre sint obnoxii, illud gentium Septentrionem Occi-  
dentemque incolentium, maxime ab antiquissimo ævo  
Germanorum proprium fuit. (a) Primum haud dubie  
Majestatis jura in populo resedisse videntur, concessa tamen deinde  
lagacioribus aliqua prærogativa, a quorum ore penderent  
ceteri, qui de minoribus consultarent, de rebus autem gravioribus,  
antequam ad congregationem omnium deducerentur, jus ha-  
berent eas præparandi. (b) Postmodum gentes nonnullæ, forte ad  
exeunda commodius populi placita, Procerum cuidam Re-  
gii (c) nominis eminentiam quidem, non vero Majestatem con-  
cessere; ut exemplo potius, quam imperio, & suadendi magis,  
quam jubendi facultate essent conspicui, (d) ceterorum Pro-  
cerum auctoritate ubique salva. (d)

(a) Dicitum Spartani cuiusdam, libertatem profiteri, opime in Germanos  
quadrat. Causa, praeter ceteras, videtur naturalis indoles ac conditio  
militaris. Fortia videlicet pectora, litterarum popysmatibus ad ci-  
vile obsequum non æqua emollita, vix alios admittunt lue voluntatis ar-  
bitros.

(b) Prävaluit igitur Democratia, *Prf de I.N. & G lib. VII c. 5. § 4.* sed mixta postea,  
in aliisque gentibus, cum formis ceteris. Regis nomen quamplurimis invisum  
erat *V. Tacit. Annal. L. 2. c. 44.* De Dicun ac Procerum iure consultandi &  
prætractandi *v. Tacit. c. X.* De minoribus rebus *Principes* consultant, de  
majoribus omnes, ita tamen ut ea quoque iurorum penes plebem arbitri-  
um est, apud principes pertransierunt. Strenuissimi corum conterraneos  
in hostem ducebant, *Tacit. Germ. c. 7.* Archistrategum forte esse declaratum

4 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

Beda in Hist. Eccles. Anglie, L. V. c. XI. p. 268. edit. Parisi. testatur. Idem in aliis quoque gentibus obtinuit, scilicet quod viuu Regulorum digniori esset loco. De Hibernia conf. Waras antiqu. Hibern. p. 14.

(c) Regum Suevix mentionem iniciit Tacitus Hist. L. III. c. 5. Idem c. 42 de Moribus Germ. Quadi & Marcomannis ad sua usque tempora Reges manuslic. memperat. conf. c. 7. de M. G. De Rege Ariovisto Iulus Ces. de bello Gallico L. I. c. 25. De Regibus Allemanno Chrodonario & Vestulpho Ammianus Marcellinus L. XVI. c. 12. edit. Gronov. De Regibus Batavorum florente etiam Romanorum imperio Dona Batav. Annal. p. 20. Interim quosdam etiam Belgarum Aristocratas fossile Straboni Cluverius largitur.

(d) De limitata Regum potestate Tacitus in germ. c. II. ita: Mox Rex aut Princeps, prout etas erit, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est audiuntur, auctoritate fraudendi magis, quam jubendi potestate. Nec Regibus infinita aut libera potestas, Et Dux exempli potestus quam Imperio, si prompti, siconfiscus, si ante actum agant, admiratione praesunt. Vnde Ariovitus apud Ces. L. V. 27. confiteretur, sua esse eiusmodi imperia, ut non minus in se juris haberet multitudines, quam ipse in multitudoib. Et Arminius, arbitriarii libertati popularium adverbari affectans potestatem, dolo quo ruram occidit Tacitus L. 2. Annal. c. 88. Imperium enim eorum non certum erat, sed sola parentium voluntate constans, hodiernorum Veterorum Principum potestati, aquiparandum Courring, de cruxbus Imp. § 22. A laxiori illo imperandi modo primum per Gothones, arctiori pra reliquis Germanis imperii nexus obstruxi. Vid. Tacitus German. 43. maxime per Suios descessum est, de quibus Tacitus L. c. c. 44. Eti apud illos Et opibus honos, coque unus imperiat, nullu jam exceptionibus, non precario jure parentis. Nec arma, ut apud ceteros germanos in promiscuo, sed clausa sub custode, Et quidem seruo.

(e) Sacerdotum quoque summa semper peses Germanos valuit auctoritas Tacitus c. 7. De gallorum Druidibus. 7. Ces. de B. G. c. 6. p. 113. Itaque Segestes suscit Variani, ut se Et Arminium, Proceresque ceteros vinciret, nil auferram plebem, Principibus amotis. Tacitus L. 1. Annal. c. 55.

§. II. Formam illam regiminis, quæ monarchia præ ferebat speciem, sed democracia erat aristocratio mixta, Germania territoria, nec fodere apte satis coadunata, plerumque retinuere, (a) nec minus ad gentes alias novasque habitatio- nes transmisere. (b)

(a) Alias Germanorum respublicas memorat Mezerai abregé chronologique Iuv. I. p. 43. Inter Germanas veteres populos communem nexum durasse, eosque univer-

universalia celebrasse comitia , frustra sibi persuaderet *Goldastus ab Heimesfeld*. Non enim sacerdota inter eos inita esse generalia, sed quislibet populos, sibi suisse reliatos, ac pugnasse singulos, ostendit *Tacitus*. Vnde *Tiberius Germanicum*, *Quintili Vari* in *Germania* cladem vindicaturum , crebris admoerunt epistolis, ut Germanos internis relinquaret dissidiis. Et concinne sati in *Majores* nostros, quae *Tacitus* in agric c. 12 de *Britannis* habet, quadrant: *Rares duabus tribus evitatisibus, ad propulsandum commune periculum, conveniunt, ita dum singuli pugnant, universi vincuntur.*

(b) Haud vulgaris ex *Germanorū gloria* exsplendet, quod nulla in cultiori Europa propemodum sit gens, quæ non e *Teutonibus* aliquando Reges agnoverit, ut ex *historia migrationis gentium* constat, vide etiam *Cluver L 3. Germ. c. 37.* Cetum est, illos plurima in loca, quo nominis gloriam, eodem gubernandi forma transportasse. Procerum *Gothicorum* in talia, ut cetera siem, exemplum est, quod *Amalasuntha* ingenio ac justitia excellens, animo plane virilis, & filii *Atalarici* tutrix, monentibus *Gothorum* Proceribus, litteratoris, quos filio præfecerat, valere jussit, quippe quos falsa induxerat perfusio, fieri non posse ut qui didicissent flagra extimere ad contemptum ensium hastarumque adsurgerent. *Procop. Hist. Geth. L 1. p. 144. edit. Grot.* De *Primorum Longobardiae in irredandis Regini negotiis, potestate, v. passim Warnefrid. de gestis Longobard Habenæ illi tēp. per decenn annos sine Rege tractarunt Warnefrid. I. c. XXXII. edit. Grot. p. 797.* Penes Anglo Saxones, *Britannia subjugata*, Proceres cum Populo in partem negotiorum summi Imperii, quæ in comitiis majoribus minoribusque pertractabantur, venere. Conf. discursus historico *Politicus* de *L. & regimine Angliae* coll. *Nash Bacone Grajo p. 36 ss. Et Spelman. in Alfredo M. p. 122.* Ex quibus conciliis probabilissime duas Parliamenta Anglicani curiae profluxere. *Tom XII. Speculus D'acheryani p. 557 ss.*

¶. III. Franci ex gentibus *Germanorum* (a) populare quidem, Regis (b) tamen ac Procerum potestate temperatum, in gallia stabilivere imperium, in quo, jura summæ potestatis in comitiis pertractata, nutu ac consilio primorum potissimum administrata fuerunt. (c)

(a) De *Francorum origine varia* exstant eruditorum opinions A Trojani natales eorum fabulose satis deducit Autor gestorum a Regibus Francie apud Frerherum in corpore *Historia Francica* p. 55. & Tritheimius, quæ & *Vispergensis* & *Otto Frisingensis* pro veris reputant. Tritheimius ad monachum *Hunibaldum* provocat, quem tamen confinxisse creditur *Abbrege Chronologique de Mezerai* Tom. I. p. 12. Vlta vires ac potesta-

## 6 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

testatum enim erat Tritheimio, Hunibaldi Codicem Electori Saxonie competenti communicare. Leibniz de Origine Francorum p. 5; ut adeo iam niter fictius hic monachus a Junio in Batavia p. 74. aliisque vapulet. Fabulam de origine Francorum a Trojanis explodit Vorburg Vol. 3. p. 49. Dubia ergo valde est Francorum originatio, perinde ac totius Gentis germanicae, quam Antonius Coptius Sabellicus a Romanis; Multi probabilius a Graecis ob formae regimini, morum ac litterarum identitatem, Bodinus aliquique a Gallis, Rudbeckius a Sueciis & Danis, Cluverus a Japhitis & Ascena, Robertus Schenican a Cananitis, inde Nicol. Piccard a Persis descendunt. Nescio an non aliqui ab Indis Occidentalibus, aut terra incognita derivaverint. Tacitus indigenas credit, minimeque aliarum gentium hospitii mixtos. Deductiones eiusmodi ac sententias complures de Francorum origine vid ap. Agathiam in Historia Justiniani L. 1. c. 2 p. 33<sup>o</sup> edit. Caesari, Gregor. Thron. L. 2 p. 35. ap. Fricker. Otto Frising. ap. Virgilio p. 19. Magn. Chr. Belgicum ap. Pistorium p. 14. Scatenii Hist. Westphaliae L. 3. p. 145. Vorburg Vol. 3 p. 279 Schonhofini ap. Anton. Mattheum in veteris avs analchia p. 57. Gilliman de reb. Helvet., L. 2 p. 225. Conring de fin. Imper. p. 4. Cocegi I. Publ. proleg. p. 12. Nomen Francorum primum Aureliani tempore repertum, sedem eorum primam ad Paludem Mæotidem Tritheimius collocat, quam fabulam, siue palude mæotide, quam Tannis subit, sermo est, jam tum diu viri docti explosere. Vero magis conuenient videtur Leibniz's sententia tr. de origine Francorum, de prima eorum sede inter mare Balthicum & Albim, ex Geogr Ravennate & Ni- gelli solide deducta, cui inferuentia tradit Procop. L. 1. de bello contra Vandalois c. 7, ubi dicitur: Vandalois ad Mæotidem Paludem suas habuisse sedes. In de fame pressos, ad Germanos, qui nunc Franci dicuntur se tulisse. Vandali autem late tese diffundebant a mari Balthico, per Pomeraniam & Marchiam Brandenburgensem. Vid. Kraenzli Vandala p. 7. Deinde Mæotidem paludem Romanos haud raro cum mari Balticō confundiſſe ex Adalmo Bremens. L. 4. nota Leibniz. l.c. p. 21. Ino Syntagma nomen olim tamlate patuisse, ut etiam Germanos complexum sit, ex Plinio nota Schonhofini de origine Francorum p. 38. ap. Anthon. Matthei l. c. Quicquid igitur Bodinus atque Lechasserius de Gallorum colonia in Germania sedem figente, & propaginem suam ad ayitas deinde sedes dimittentes, somnient; Germanica hæc gens, quod nec Valesius Mezerai aliquie de meliori nota Galli in dubium vocare audent. Sec. V. Galliae possessionem, ipsis postea a Justiniano peculiari diplomate confirmatam, bello occuparunt Jun. Bat. p. 70.

(b) Quod politiam Francorum attinet. Valesius, qui semper apud Francos Reges imperium obtinuisse assert, Gregorium Turonensem reprehendit, quod

quod quæstionem illam, an tales ante Eugenii Tyranni tempora extiterint in medio relinquat. Mihhi placent fere verba Ruinarti in prefat. Gregor. Turonensis. *Ex nullo antiquo monumento evinci posse, Francos omnes tunc temporis unico paruisse Regi. Quamvis certum vndeatur, familiam aliquam inter eos fuisse primam, ut loquitur Gregorius, ac nobiliorum ex qua populi Rectores creveri consueverant, quos Romans ex suo aliarumque gentium loquendi more, Reges aut Regulos appellavérunt. Quomodo apud Francos ipso vocati sint, vix divinare licet.* Proprie dicos enim eos non habuisse Reges, ex Sulpitio Alexandro, Ottifrido confitat, ac Gregorio Turonensi ap. Freherum p. 43. Licet enim Regum vestigia passim apparent ap. Anianian. Marcellin. L 30. 31. Hist. de Mellabaudo, Thuronensis, de Theodomore ante Pharamundum mentionem inician, de potestate tamen eorum Procerum ac populi limitibus circumscripta dicitur in seqq. Mezerai abhregé chronol. tom. 1. p. 12, 14.

- (c) Proceres sub prima stirpe in Regni negotiis plurimum potuisse auctoritate, ex annal. Francorum liquido constat. Nec æque immunita illa est, etiam cum Clodovæus Regulos Francorum extirpasset. Scateni hist. Westph. p. 296. & Regnum magis ad arbitriæ potestatis genium formare studiisset. Ut sileant cetera, cum Ansivaldus ex calumniatore Gundisbergus Regina Adaluphi impurioris pœnas sumeret, illud ex Regis ac Procerum beneplacito factum testatur Fredegarini Scholast. in Ciron, ap. Freherum T. I. Hist. Franc. p. 36. In comitatu autem de Reipublica negotiis consultatus est, æque constat. Clodovæus enim immunitatem Monasterii Dionysiani in comitatu ad Clippiacum, ubi Pontificis ac totius gentis Principes congregati erant, proposuit. Amoru L. IV. p. 379 ap. Freher. Malillon Annal. Benedict. L. XIV. p. 244. Hotromanni Franco gallie c. 14. Dagobertus Rex convocatis filiis, ac omnibus Regni Primitibus in palatio Bigario placitum generale institut. Gesta Dagob. 140.

§. IV. Proceres igitur cum populo (a) in iis, sine quibus salus publica esse nequit, plurimum potuere, Leudum Agentium (b) Baronum, (c) quorum princeps Major dominus, (d) similique appellatione venientes.

- (a) Circa Procerum constitutionem, qui aut Ecclesiasticam aut secularē certorum territoriorum, aut pagorum curam gerebant, & populo quasdam competituisse partes, extra omnem positum est dubitationis alcama. Vid. Petrus de Marea de concordia Sacerd. & Imp. T. 2. c. 19. §. 4. Du Cange in Glos-  
sari sub voc. Major domus p. 354. edit. Parisi. Ne illi, nisi qui sibi ad palatum esset, quique amissæ & totius fortunæ eorum curam ac regimena gereret, populus ab æstiori imperio alienus, se se committere voluit. Au-  
tores

8 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

8. **Actores bini, qui de Blathildis rebus gentilis scriptore, tradunt mortuo Rege Clodov.**  
**filium eius Chlotarium post cum regnasse, ac suffragantibus praeclentissimis**  
**PRINCIPIBVS Chrodoberro Episcopo Parisiaco & domino Audeno Rot-**  
**magensi, nec non Ebroin Majore domus, cum reliquis senioribus s. optimis-**  
**tibus, ceterisque quam plurimis, ad regimen Francorum fuisse constitutum**  
**Mabillon. L. XV. Annal. Benedict. p. 439. Hottomannus in Franco Gal-**  
**lia C. 6.**

- (b) **Magis valuit amplificata Optimatum auctoritas, qui in monumentis veteri-**  
**bis, ob beneficia a Regibus accepta, vocantur Leudes. Miram-**  
**in diplom. Belgic. tom II. Fredegarius Scholasticus ap. Freherum T. I. p.**  
**137. Fideles dicuntur in diplomate Childeberti ap. Mabillon. de re dipl. p.**  
**480. in dipl. Theuderici ap. Doublet. Hist. Monasterii St. Dion. Liv.**  
**III. p. 686. Druides ap. Gallianus de allatio Franco p. 5 Fredegarius in**  
**Chr. c. 4. & 44. Ainsor. lib. 5 c. 36. Fauchet. antiquit. Franc. lib. 9 c. 15. Agentes eos appellat Dipl. Dagoberti ap. Doublet. l.c.p. 655. & 674.**
- (c) **Dicuntur haud raro Barones. V. Du Chene in Hist. general. Domus Mont-**  
**morancy L. I. c. 5 p. 35. Conf. ipsius Hist. general. Domus de Bethune in pro-**  
**bat. p. 5. & Hist. Genealog. Domus de Chatillon L. 2. probat. Spicileg. d' acke-**  
**rianum T. 8. p. 154. Ceterum de vocabuli Baronis varia significatio v.**  
**Petri de Marca Marca Hispanica L. 3. p. 258. Spelman & Ducange sub voce**  
**Baro. Et. Baluzius ad Capit. T. 2. p. 996. Duchene notat, nonnum-  
 quam Reges Barones esse dictos.**
- (d) **i. Primorum Franciae nonnulli, sub Palatinorum nomine, regio adhaerere**  
**solebant lateri Du Chene Hist. Dom. Montmoranci L. 2 p. 71 & Alteferra-**  
**rer. Aquitan. L. 6. p. 79. Freheri origines Palatinae c. 1. p. 29. Du Can-**  
**ge in Glossario T. 3. p. 92. Qui summis in aula praerenter dignitatibus, ac**  
**Regiis diplomatis majoris momenti subscrivebant, sollebant, glorijs laboris**  
**focis ac consortes. Mabillon. annal. Benedict. L. XIV. p. 42 3. 2. Inter**  
**Palatinos ejusmodi Majores domus principem obtinuerunt locum. Du Can-**  
**ge Glossar. voc. Major domus p. 333. si. edit. paris. ubi & nomina Ma-**  
**jorum domus recentur, Blondellus in pleniori assert. Geneal. Fran-**  
**ciae p. 152. Schilterus ad Chron. Konigshoven p. 499. seqq. A Ma-**  
**jore Domus diverso fungebatur munere Comes Palati, causis ple-**  
**rumque secularibus in aula disjudicandis praefectus Marculfus form. 38. ap.**  
**Baluzium tom. II. p. 396. Sermundi note ad capitul. 7. p. 779. & Pichas**  
**Glossarium ad libros Capitul. p. 715 apud Baluz. Sic Dagoberti privilegio Dyo-**  
**niano subscripterunt Rodobertus Major domus, & Aigulfus Comes Palati**  
**Mabillon. T. I. annal. Bened. p. 423. Denique plures siepe erant Palati**  
**Comites constituti, uniuscujuscunque autem Regni nisi unus Major domus.**  
**Bignoniis in notis ad Marculfum apud Baluzium p. 1187. videtur tamen**  
**Reginam**

## PROCERVM IN IMPERIO FRANCO GERMANICO.

Reginam nonnunquam peculiarem Majorem domus habuisse, Ita Wado Regiae Reguntis major dominus vocatur Gregorius Turonensis lib 7. c. 27. Hertii notitia veteris Francorum Regni p. 73. nisi dixeris Majorem domus hic qualemque Ministrorum primum denotare, ut fieri solet. Du Fresne in gloss. t. 2 p. 256. Sub Childeberto Florentianus erat Major dominus & Romulfus Comes Palatii *Gregor, Turonens. I. IX. c. 30.* vid. etiam *Itinerarium de Comitatu Campania ap. Freher, in origin. Palatinis p. 6. seq.* Interim ab Almoino subinde haec dignitates confunduntur. Ainsani forte dedit carum in una persona conjunctio. Sic Pipinus senior Princeps Francorum & Dux Praefectus Palatii ac Major dominus dicitur in *Chron. St Medards Sceffionens. in Specieleg. d' Acker.* Nisi dicendum, prefectum Palatii hic eundem cum Majore dominus esse, cum Major Dominus nonnunquam Comes Palatinus appelletur, ut in vita Drusii v. *Hottoman. Franco Gall. p. 87.*

¶. V. Referuntur in censum Procerum, nec procul absuere a gubernaculis, praeter Episcopos, (a) quibus nonnulli accedebant Abbates, (b) Duces, (c) Comites, eorumque Vicarii. (d)

(a) Episcopi post Baptismum Clodovaei in numerum Procerum assimilabantur & amplificari cepit corum auctoritas, cum Laici plerumque ob litterarum imperiatam ad munia rotata minus essent idonei, praeterea sub interpres voluntatis divinae, Deoque dilectorum auspiciis, res cuncta feliciter latius que procedere credebantur. Illi igitur subibant legationes, & diffidua in Regia familia oborta componebant. *Gregor. Turonens. L. 8. c. 10. Almoine. de gest. Franc. L. 2. c. 62 p. 231. ap. Freher. Ruinarius in pref. Gregor. Turonens. n. 16.* Intra inter Palatinos eminebant, ante laicos diplomaticis subscrivebant. *Mabillon. L. 14. Annal. Benedict. p. 429.* Tanta denique eorum apud Reges fuit reverentia, ut non tantum Patrum in Christo, Pontificum ac Summorum Pontificum, sed & Principum Regumque titulis coherestarentur. De titulo Pontificis &c. v. *Marculfus form. XVI. ap. Baluzium T. II. p. 344. Pithœus in glossar. ad lib. capitular. L. c. p. 787. Petrus de Marca de concordia Sacerdos.* Et *Imp. T. 2. p. 224.* De Regum titulo vid. *Gregor. Turonens. L. 3. c. 25. L. 10. c. 7. L. 9. c. 30.* *Mabillon. de re diplom. L. 2. p. 64.*

(b) Prima stirpis Regum diplomaticis inter Proceres etiam Abbates inscribuntur, qui comitis inter ceteros adesse solebant. *Petrus de Marca in marca Hispan. L. III. c. 10. p. 262.*

(c) Ducum cum primis in rebus gerendis, nec tantum in negotiis, communicae reipublicæ salutem continentibus, sed & dictioribus sibi subiectis belli pa-

B cisque

cisque tempore dirigendis, ac moderandis maxima fuit potestas, quæ post Clodovei I. tempora minoribus s<sup>e</sup>p<sup>t</sup> Regibus, & infestante familial re- giam discordia, insignis sumvit incrementa. Ita enim disponit Capitulare Dagoberti §. 8. ap. *Balz.* Tom. I. p. 104. *Siquis hominem per iusserem re- agis vel ducis suis, qui illam provinciam in potestate habet, occiderit, non requiratur ei, nec fardosus, quia iusso domini sui fuit, & non potuit contradicere iussioneum. Sed Dux defendat eum, & filius ejus pro eo.* Et §. 10. l.c. potestas Ducum territorialis regnum vocatur. Non quidem difficitur, Regem communem totius systematis praesidem cum populo, aut vice populi. Duxem spartam sua male defungentem, tanquam in leges foederis injurium, a provincia potuisse deturbare capit, cit. §. IX. inde tamen non plena suboritur subjectio. Vna enim parte paci cessante, cessat & altera; quod *Hottomanus in Franco Galia c. 7. p. 83.* ad primos Francorum Reges ex- aendit. Nec insolens erat ducatus paternos ad filios transmitti. Constat hoc videtur ex cap. cit. §. X. *Si quis filium Ducis tam superbus vel ful- am fuerit, ut patrem de honestate voluerit per consilium malignorum, vel per fortis, & regnum eius auferre ab eo. Dum adhuc pater ejus iudicio potest &c., ubi omnia Ducis deserventur munia. Sie Leuthericus siue Leutharius Dux Allemannorum ducatum in filium transtulit Athicun, qui corrupte Edith vel Edictin dicitur apud Mabillon. in act. SS. Benedict. See. III. parte 2. p. 488. Principem, regnante Childeberto, potentia ac opibus validissimum. Mabillon. *Annal. Benedict.* T. I. Lib. XVI. p. 489. *Du Chene* tom. I. Ser. Franc. p. 674. M. A. Dominicus Ansbertus famil. rediui. p. 219. In tesseram potentia effigie ejus, in monte S. Odiliae lapidi insculpta; co- rona regiae similes addita est. Nec populum hic penitus suisse excusum paret, quod ille nec Regem nec Duxem a stirpe arcesseret, nisi idoneum, ut hinc quadrat illud Taciti: *Insignis nobilitas & magna patrum merita Principis dignitatem etiam adolescentulus assignant.* Confutum deinde pitatum est, filium in ducali dignitate patris admittere successorem, quo- niam isti & privato patrimonio bonisque alodialibus, quas ad feminas nonnisi ex confuetudine, ut est in formulis Mareulphi, Galliot du Franc Alleu p. 23. perveniebant, fuere instructi, ex quibus ut & post accedenti- bus beneficiis regis, vitam, eminentiori eorum dignationi convenientem, agere valebant.*

(d) Comites sub Ducibus certæ civitatibus vel pago praesidi erant *Marchi* m. L. I. form. 8. *Pithou L. I. adversar. & Du Cange in voc. Dux.* Ita Walfridus Strabo Duces comparat Archiepiscopis & Comites Episcopis. Ple- rumque in civitatibus suis justitiae aerariis ac politiæ, interdum etiam ar- morum gerebant curam, *Cosmœ dell' arena de antiquis. Comit. Tufeta* paf. n. 5. *Adelma in corpore hisp.* Franc. ap. Freher. p. 422. & 436. De variis

## PROCERVM IN IMPERIO FRANCO GERMANICO. II

varius Comitum quoad honorum gradus ac officia differentiis. Conf. *Eduardus rom. II. ad capit. Reg. Franc.* *Du Cange & Spelman glossar. voc. Comes, Pantinus de officiis Regni ac domus regni Gothor. in Hispania illustr.* p. 175. Quia vero Comites ad dualem dignitatem eveniuntur, utrumque titulum retinere malueret *Florentini in Annal. Mathildis L. I. p. 7.* evenit nonnunquam conjungi uno & confundi Comitum. Dicunque nomina. Sic in nonnullis diplomatisbus Dagoberti habetur latem: Episcopis Abbatibus Coratibus &c, ubi sub Comitibus etiam Dukes continentur. Similiter multi Concilia Toletano subscriptentes Comites Palarini, Duces &c Comites vocantur. Quod initatus est Ferdinandus Rector Castiliae, cui Concilium de Coyaca anno 1050. celebratum Dux Comitisque titulum attribuit. Posteriori tempore voces etiam Marchionis Comitis, Dicisque promiscue sunt adhibitus *Petrus de Marca in hisp. Bearnensi* L. 3. p. 128. Sic Mathildis Ducatrix ab Alberto monacho trium fontium & Malmesburiensis Marchionissa in *Schedula super concessione bonorum suorum facta Romanae Ecclesiae* Comitissa vocatur. Bonifacius pater eius Dux Marchio & Princeps dicitur. *Papa Johannes VIII. in ep. ad Berengarium Seminorem Ducem foro Julianensem ap. Valesem in not ad Panegyricum Berengarii c. 3.* eum gloriosum Comitem nominat. *Mutatori de Antiquit. Estens. & Itallicis c. 5.* Confusione occasio inde etiam enata videtur quod interdum comites nulli paruerint Duci Fredegar. *Chron. 75.* prout apud Burgundos comes nullus dictus est nisi Duci honore praepolleret. *Distmar. L. 7. p. 92.* aut quod Ducas instar pluribus una praesentent Civitatibus ut Thebaldis Mathildis atavus in *Diplom. Ostianis ap. Vigilius in Italia sacra T. 5. p. 1582.* Comes Modenæ & Reggi appellatur. *Anthon. Math de nobilitate c. 7. p. 22.* Econtra Duces unam nonnunquam regebant civitatem *Mauriorum l.c.* Comitum vices per totum pagum vice Comites gerabant, per districtum autem aliquem Centenarii, qui in diplomatisbus haud raro majoribus proceribus apponuntur.

**§. VI.** Majores domus, quos inter alios Magnates rerumque dominos caput extulisse monuimus, (a) nova indies inerti sunt potentiaz incrementa, ad eum tandem honoris ac dignitatis gradum eveniuntur, ut tota penes eos consisteret summa imperii, ac Reges nomine quidem essent regio, dignitate carent. (b) Donec Childerico ex Merovaeis Rege novissimo in coenobium protruso, Pipinus regio etiam nomine decoratus sit Procerum suffragatione, & Papa ad idem consilium descendente. (c)

B 2

(a) Sub

## 12 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

- (a) Sub secunda sepe stirpe Archiminiſtri vocati sunt. Suppo Comes a Guilielmo Bibliothecario R. E. in vita Hadriani Pontificis archiminiſter vocatur S. Palatii Ludovici Junioris Imper. Major domus. Sub Carolo Calvo Maior Domus fuit Bosco Richildis Regiae frater, qui in subscriptione Ticinensi ſeipſum vocat Archiminiſtrum. Valesius in not ad paneg. Bereng. p. 120. Sub tertia autem stirpe minore gavisi sunt poteflate, quoad antiqui iſi, qui regni habendas moderabantur, & vocabantur nonnunquam Senechalli *Du Cange Glossar. vob. Major domus tom. II. p. 265.*
- (b) Caufa deſcreſcentis ac intereuntis familiæ Merovingicæ fuere mollitieſ & foſcordia. *Buſſier. Hift. Francia Lib. IV. p. 165.* Reges nimurum in villa quadam latitantes, ac ſemel quotannis, tanquam in foliūm ſpectaculum, curru a bobus traſto, populo conſpicidi dati, prepaſabat interim ventrem epiſlis, ac neceſſariſ curis vacui, festos ludorum dics celebrauit, vino lan-guidi, unguentis oblii, ac mulieres complexi impudicas. *v. Hottemannus in Franco Gallia p. 189. Siegbert. ad an. 662. in regii tamē fastigii symbo- lum ſplendidum, promiſum caſariem offentantes.*
- (c) Praetexti igitur Palati totam taudem imperii potestatē cum dignitate ad ſepetraxes, jam tum tempore Clothoſti Patriſ Dagoberti regnum Fran- cicum dirigere exorſi, ſecundum *Venericū Verceilens.* Vid. *Paul. Diacon. de Gesta Longob. L. VI c. 16. p. 903. ap. Groſ. ſcap. 23. p. 907. Eginard. c. 1. vita Caroli M. ap. Freher. in corp. hift. Franc. T. 2 p. 434. Annales Fran- corum Fuldenſes ad 741. ap. Freher. T. I. ver. germ. p. 3. Metenses ad an. 692. Mabillon. L. 4 de re dipl. Chifflet. in Stem. Aſtr. c. 4. Albertus Stadens. qui Eginardi verbare feret. ap. Kulpis. p. 127. Antequam vero, pro more Fran- cerum ſoleani Childericus ignavus in Concilio Procerum regno exueretur, ac diaemda Pipino adjudicaretur, Burchardus Würzburgensis Epifcopus & Folradus Pipini Capellanus Romanus miſſi ſunt, Papam Zachariam, quem divino ac humano lumine ad dubia ſua diſſolvenda iſtructum credebat, conſulturi, num idoneas fatis haſerent rationes, cur Childericum regno ac omni principalī fastigio deſicerent. Non quod jus aliquod Pontifici competere crederent, Regiam dignitatē a Childericō ad Pipinum trans-ferendi; ſed quod opinionem aliquam de prudentia ac sanctitate beati pa- trii conceperint. Responderat enim papa: Melius ſibi videri illum Re- gem vocari, qui rēpſe imperii onera humeris ſuſtinet, quam qui otio diſſluens ſine regi effet autoritate. Quo cum reſponſo legatis Roma re- versis, Pipinum, ſecundum Francorum morem, electum eſſe in Regem scri- bis *Ado Viennensis ad an. 750. ap. Pifſ. tom. II. p. 395. Adelm. Benedict. An- nal. ap. Freher. T. II. Corp. hift. Franc. p. 383.* Chilperico anno 725. *v. An- ton Pagi tom. I. Cris. Baron. in monaſterio St. Omer. ac filio Theodoris eo in coenobium Fontecell. petrūlīs, Boland. not. ad Eginth. Caroli M. vob. Injuria**

Injuriam igitur Papa Gelasius, in c. *alii quod 16. ius Reges regnij abdicandi, ac regna transferendi sibi adscribit.* Veterum quidem plurimi Papæ patrocinantur. *Anselm. Francor. Fuldens. ad ann. 152. ap. Freher. p. 4. Regno I. c. Otto Frising. L. 5. Clr. c. 22. p. 112. ap. Vrftif. Schafnab. ad ann. 950.* Sed horum aliorumque enunciata falso sensu sunt intelligenda, rejectis ignorantia & adulatio[n]ibus monachalibus. Revera enim veterum verba aequam admittunt interpretationem, cum haud sit inconsuetum, decretum & autoritatem pro consilio accipi. Deinde non tam Proceres, de jure suo alium constitueri certi, quam Pipinus Romanos electos misit, qui secesserant a Pontifice, num salva conscientia, ob juramentum Childerico præstitum, regium nomine supremæ, prout tum erat, addere posset potestati, ac juramenti a Pontifice relaxationem precentur. Hauc quippe facultatem Papæ competere animos hominum occupaverat opinio. Patent hæc ex *Alberico ad ann. 757. ap. Leibniz. part. I. p. 88.* ubi habetur: *Misit Pipinus Princeps Sandum Burchardum Episcopum de Wissemburg, quem Herbipolis dicitur, & Fulradum Capelkanum suum ad Zacharium Papam secessans gratia & Ottone Frising. L. 5. c. 23. p. 112. ap. Vrftif. sum, qui sequentia habet Annos ab incarnatione Domini DCCLIV. Pipinus a Stephano Papa primo a fidelitatis sacramento, quod Childerico promiserat, cum alii Francorum regni primoribus absolvitur. Huc faciunt, quia *Platina in vita Zacharia p. 105. habet: At Pipinum regnandi cupidus legatos suos ad pontificem mittit eumque rogatus Francia regnum sibi autoritate sua confirmet.**

**S. VII.** Quamlibet deinceps Caroli Martelli propago, in Pipino regio decorata nomine, Regni ac Procerum potentiam infringere tentaverit; (a) semper tamen ob inveteratam mixti imperii habitudinem Proceribus quadantenus, in Comitiis potissimum sua mansit auctoritas. (b)

(a) Aquitanæ populi, fortassis olim inæquali foedere Gallis iuncti, Gallia Regum inertis stimulati, magis magisque res suas seorsim habere, & privato plane aucto Duces sibi constitueri coepérunt. *Alteferra L. VII. Hist. Aquit. p. 26.* Postquam v. a Carolo Martello in ordinem redacti, pauxillum tempus jugum passi essent; studio & opera Hunoldi & Waifari, ex veterum Ducum vel patriciorum Aquitanie stirpe oriundorum, illud excusare. Sed a Pipino & Carolo M. iterum armis impetrati. *Adelma. ad Aren. 742. & a Carolo M. in Gallicæ provinciæ formam redacti sunt.* *Alteferra L. 7. rer. Aquit. p. 516.* Similis fuit fors Vasconia, quæ olim novem populana dicebatur, Ducis Eginh. *vita Caroli M. p. 435. ap. Freher.* Gens enim Vascorum Francorum imperii pertæsa, ac in diuturnis Aquitaniae turbis idoneam nova moliendi

B 3 nacta

## 14 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

naesta occasionem, aliquem ex suis Ducem creavit. Sed post deum sub Francorum jugum redire coacta. Gentis hujus gubernatores consules olim dicti sunt. Petrus de Marca L. supr. cit. & p. 205. quod tam eu ipsi peculiare non fuit, quia alii etiam populis idem inditum legitur nomen Leibniz. T. L. Script. Brunsv. p. 623. Dictionarii Spicileg. tom. X. p. 339. math. l. c. 16 p. 59. Subiungam locum & glossario Spelmanni p. 145. ex Loysean de Seigneur. C. 8 p. 107. Torpens ejam splendore Regio potentiores quidam hac invadebant hereditarie. Elicet a Carolingi pofta Principibus ejusque eſſent, non nulli tamen longe in confiniis difſi impune reſinebant.

(b) Comitia in mediis xvi monumentis curia & placita dicuntur. Du. Cange glossar. T. III. p. 291. Goldaſt. in Burchard. c. 16. rer. Allem. T. I. p. 134. quia quicquid populo placet, vim legis habeat. Distinguuntur in generalia & particularia. Generalia quotannis mens Martio, & deinde Pipini ex instituto mense Mayo celebrabantur, in congregatione omnium populum. Non quod singuli eiusvis gentis comparuerint, quia impossibile erat tantu magnitudinis esse campum, ut tot hominum myriae completeretur, & irita tuifset congregatio, quando votorum infinitus numerus collimare non potuerit in unam sententiam. Sed intelliguntur per populum capita eius Episcopi. Abbates, Comites aliique Proceres & cunctorum populum deputati. Petrus de Marca in marcas Hispanica lib. III. cap. X. p. 263. Baluzius in pref. ad capit. n. 7. Comitia particularia erant duplicita, aut enia certae persona, aut certi populi apparebant. Vid. Annal. Franc. ad an. 821. & 23. ubi Nimyegiae peracta esse Comitia feruntur, ibique Comites fuille congregatos. Comitia eiusmodi non a Pipino solum & Carolo M. Regino p. 397. ap. Pistor. & autores a Pithao & Freherio collecti, sed & ab eorum succelloribus & Germanoribus Imperatoribus frequenta fuerit habita. A temporibus Indovici pii ad Fridericum II. ea enarrat Lebner. Magdeb. Stapel Vnſugn. 856. seqq. Pertractabatur in illis cause ecclesiasticae & civiles. vitæ Lud. pii incertus autor apud pithaeum. p. 60. Baluz. praefat. capit. 6. 7. & in hisce causis ferabantur leges, ut ex Capit. Baluz. constat. praefat. n. 9. Nee cerebantur sanctiones ecclesiasticae mutu ac permisso Episcoporum, ut Gratianus fabulatur, ideo a Goldasto castigatus, sed Regis potissimum & reliquorum ordinum auctoritate. Baluzius Re. n. X. XI. XII. Agebatur ibi de bello & pace Otto Friesing. Lib. 5. ap. Verstif. p. 114. Buffier. Hist. Francia Lib. IV. p. 127. Schaten. Annal. Paderborn. Lib. I. ad 772 p. 4. De Successione Adelmarus ap. Freher. p. 418. Sigonius de regno Italia p. 188. edit. Bononiensi. Quamvis autem a Familia regnatrie plerumque Franci regem aereferent, non tamen illud siebat sive temporeamento. Hottoman. in Franco Galia c. 6. Vid. iamen Baluz. not. ad Capit. 11. p. 1082. De conforde imperii suuendo in comitiis esse deliberatum

v. 48

## PROCERVM IN IMPERIO FRANCO GERMANICO. 35

*v. ap. Freher. in Corpore Hist. Franc. p. 441. De divisionibus regni. Egimbad. ab init. ap. Freher. p. 434. exque ibi confirmabantur vita Ludovici Pil apud Pithaeum p. 213. Legationes audiebantur. Adelmus ad ann. 824. Secundus Annal. Paderborn, tom. I. p. 81. Vita Ludovici Pil ap. Pithaeum p. 223. Negari interim nequit, legatos interdum a Rege solo & Palatinis suis acceptos auditosque. Hoc tamen in rebus haud ita magni momenti & Regem potius, quam temp. concernentibus factum videtur. Examinabantur etiam in Comitis Ducum defensiones, & in leges foederis aut caput eius impingentes condemnabantur. Annales incerti autoris ad annum 818. apud Pithaeum. Vita Ludovici Pil apud Pithaeum p. 227. & de iis quæ a rerum civilium & bellicorum administris gestæ erant ratio reddenda erat Annal. Paderbornens. tom. I. 27. § 28. atque de corrigendis populi oppressionibus consilii consuebantur. Sileo alia suprema potestatis civilis negotia, communis Regum ac Procerum sponsione decidenda.*

**S. IX.** Ipse Carolus Magnus devictorum Germanorum  
(a) Optimates a rerum summa & imperii consortio,  
haud penitus exclusit; ac in Proceres ecclesiasticos a se coor-  
dinatos varia bona immobilia, (b) aliaque jura splendida deri-  
vavit (c)

(a) Iustitia vel injustitia belli, quo Carolus Germanos adortus, si paulo cura-  
tius ad judicium lancem sit expendenda, vix Caroli impetus nudo religionis  
Christianæ propagande zelo excusare poterit, quo prætextu, sanctitatis sci-  
licer, quam plurimas factas esse imposturas ex rerum gestarum commen-  
taris fatis liquidum est. Quis enim Francorum illum Regem in con-  
scientias ac religionem majorum nostrorum constituerat arbitrum? Reli-  
gio ac iuste deo sentiendi facultas non telo & igne, sed per rationes  
ac divina oracula, ad spirante Spiritu Sancto, progeneratur in animis homi-  
num, & vivificatur. Vnde coecus ille ardor inter causas belli iniquas re-  
fertur a Grot. de I. B. P. L. 2. c. XXII. §. 14. Religio Christiana ante Caro-  
lum in parte Saxoniae armorum spiritualium optionem contemnendos fecerat  
progressus Beda Hisp. Ecl. Gentis Anglor. p. 203. edit. Paris. Scaten. Annal.  
Paderb. p. 335. 359. Atque non Bonifacii sed ipsorum apostolorum  
vel virorum apollolicorum industria disseminationm illam Evangelii esse  
factam probabiliter conjicit Ieh. Henr. Vesinus De Origine Eccles. Germ. &  
Irenicus in Eccl. Germ. Liberari tamen potest Carolus M. a belli injusti-  
macula, si dicamus, suscepisse ipsum Germanicam expeditionem, ad Teutones  
vi competendos, ut ad aliquale vinculum, quo Francorum Regibus facti  
erant obnoxii regredierentur. Corpus Hisp. Franc. Freheri p. 257. 305. 370. 385.

*Annal.*

## 16 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

*Annales Francor. Fuldenf. ad an. 736. ap. Freher. p. 3. Schafnaburg. ad ann. 715. Schaten. Annal. Paderborn. L. 1. p. 5. Et hift. Westphali. L. 7. p. 492.*  
 Imo apud quos iam veterum chronographorum se legiſe meminit Dominus Praes. Saxones regnante Carolo M. Francorum limites igne & ferro investiſſe, vide quoque Eginhardum in vita Caroli M. apud Freh. in corpore Hist. Franciæ p. 435. Quocunque demum modo belli Carolinise habeat iustitia, certum est, Saxones, jaſta prius pernicioſa ac plusquam tricenali bellis alie, ad int̄endam pacem ea lege fuſſe adactos: 1 ut unus cum Francis clement populus, & in eandem Fraucis adſcicerentur civitatem Poet. Anon. Saxon. apud Kulpitum. 2 Clero decimas porrigerent cit. Poet. 3 Moribus ac ritibus recepis uterentur, Comites tamen Francicos alicubi causas eorum decidere paternent. Sic in comitiis Paderbornens. a Ludovico Pio convocatis, Saxonum Proceres comparuere, Seaten, Hift, Westph. p. 569.

(b) Carolus M. ad majorum exemplum, adeo singulari in Ecclesiastis ac Ecclesiasticoſ fuit beneficiaria, ut mox donations pia mole sua laborare inciperent. Origo beneficiaria in Cleros a prisciis temporibus recte repetitur, ut nequidem Fauchetto assentiar, qui L. 5. Antiq. Gallante Dagobertum tales non occurriſſe donationes putat, quia Chrodius apud Gregorium Turonensem bona sua ecclesiæ etrogans addit. Sint hec data ut dum de his pauperes reficiuntur, mibi ventiam obtineant apud Deum. Vid. plur. ap. Fontanini in Vindictis Diplomat. L. 2. c. 1. p. 147. Lex Ripuariorum allegata a Vadiano lib. 2. apud Goldstum. t. 3. rer. allemann. p. 59. huc pertinet. Causa fuit Superſtitio temporum cum religione ſucrificens, & si Stumpio ereditus Chron. Helv. 45. ut praeteritorum nulla fieret mentio factorum, coequa major eset ipoſterum peccandi ſecuritas. Quia perversa de libertate peccandi opinio adeo plurimorum animos demulcerat, ut Concilio Cabiloniensi II. an. 813. reprobanda fuerit Canone XIII. in magna Collectione Labbej tom. 8. Coll. 250. Fontanini l. c. p. 148. Quadrang. huc verba Petri de Marca de Concordia sacerdotii Et Imp. LVIII. c. XIX. Sed tum præcipue ea liberalitas viguit, quando Episcopi in eorum gratiam, qui liberales erant erga ecclesiastis, de vigore antiqua paniſſionis remittebant. An autem Carolus M. bona immobilia Ecclesiæ donaverit, quidam in dubium vocant. Negat Bius de Jure & natura honorum Eccl. p. 80. ex Vadiano de Colleg. & monaſta L. 2. fol. 52. 70. 73. & Daniele Heidero in apolog. tract. de advocatis Imperiorum p. 13. Et 15. Mylero archolog. c. 12. § 4. Patet tamen contrarium ex variis diplomatis, prime jam tum Kirpis Reges immobilia Clero donasse. Carolus M. non tantum donations rerum immobilium a majoribus Ecclesiæ St. Martini Ulrajectinæ factas confirmavit, sed eidem villam suam Lisidunam in pago Flechite concedendo, munieribus maiorem cumulum addidit

dit: Diplom. donat, vid: in *Wilhelmi Heda historia Ultraject.* p. 41. Ecclesiæ Paderbornensi castrum Iburgum, cum subiectis agris aliquibus, & circumpositis vicis ac prædiis concessit, *Scaten. Ann. Paderborn. tom. I. p. 44.* Et h[ab]it. Westphal. p. 519. Diploma Verdensis & Bremense vid: ap[er]t[us] eundo L. c. p. 506. s14. Veritatem horum diplomatum idem ostendere molitur.

- (c) Maiori involutum est dubio, num Episcopis in Germania a se institutis, de quibus passim scriptores rer. German. *Cranzii metrop. Et Scaten. annal. Paderb. L. I. p. 9.*, regalia sit largitus. Affirmat. *Scaten. Hist. Westphal. L. 8. p. 523*, ac probationis loco inducit diplom. Bremense & Osnabrugense. Alii ad Ludovici Pii tempora hoc potissimum referunt *Helmold. chron. Slav. L. 1. c. 4.* Vulgata est opinio, regalia primi gradus Episcopis denum communicata esse ab Ottone I, qui fratrem Brunonem Archiepiscopum Coloniens. Ducem vel Archiducem Lotharingia constituit. *Mesibam Tom. I. p. 680. Vita Brunonis a Ruodgero scripta ap. Leibniz. T. I. Rerum Brunsivic. p. 285. seqq. Broveri Annales Treviriens. tom. I. p. 460. Scaten. annal. Paderb. tom. I. p. 298.* Si dicendum, quod res est non sub Carolo M. denum ejusque filio regalia quedam, in primis minoris, sed longe ante eorum tempora ab Episcopis suisse exercita, recte sentit *Petrus de Marca de concordia Sacerdotis Et Imp. Lib. VIII. Cap. XLIX. §. 2.* & Carolus Magnus & Ludovicus Pius parisi, si non majora, jura Germaniae Episcopis & Abbatis concessere, quoniam, ut loquitur *Malmesburiensis Lib. 5. de gestis Regum apud Petr. de Marca L. 1. ille sibi persuasum habebat, in gente devicta Episcopos sanctius obseruatoros fidem promissam, ac praeterea si fides ita postularit, Principem adversus rebellis adjuturos.* Sic Corveyæ nova a Ludovico Pio jura quedam concessa sunt, quæ inter regalia minoria referuntur. *Schat. tom. I. Annal. Paderborn. p. 90. 91. 92.* Quo respicit itidem autor *chron. Selavor.* qui dicit saltē: *Ludovicum ipsum eos, qui essent principes cali, Principes regni effecisse.* Conf. diploma Ludovici Infantis ap. *Brewer. in annal. Treviriens. L. 9. p. 443.* & alia Ludovici Pii apud eundem. Verum enim vera huic opinioni nulla ex utroque diplomatica fidei accedit. Nam Osnabrugense falsum esse celeberrimus Eccardus solidis rationibus propugnavit. Bremense falsitatis argumentum *Gryphander c. 23 ff. de Weisbald. Et Heider. apolog. tract. de aduocata imper. p. 20.* Et licet Diploma Bremense genuinum esset, & anni incarnationis subnotati, illud non viarien? quandoquidem *Mabilow. de re diplom. Lib. 2. c. 26. p. 190.* docet, in diplomaticis Carolinis de rebus maximi momenti annos incarnationis nonnunquam esse adiectos. sibique visum esse Caroli M. pro metensi St. Arnulphi

## 18 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

phi monasterio, quod annos incarnationis adscriptos habuit *Statem*,  
*bisfor.* *Wesph.* p. 517. & *Brouer.* *antig.* *Fuldonf.* L. I. p. 17. Attamen ex illo  
 nullum apparet velitgium, Episcopo Bremeria a Carolo M. concessa esse  
 regalia, que ad superioritatem constituant necssaria. Sed dicitur sal-  
 tem, illi parochie decem subjectos esse debere pagos, ita ut totius paro-  
 chie incole Ecclesiae ejusque provisori decimas solverent, adjectis in con-  
 stitutionem Ecclesiae LXX. manis cum colonis suis. Nec dioecesis de-  
 terminati limites concessam superioritatem stabilire valent. Et si  
 Osnabrugense diploma subsisteret, exinde tamen elici non posset, Wilhonen  
 a Carolo Magno majora concessum regalia. Etenim in illo diplomate  
 Episcopo conceditur tantum, in certis districtibus, jus foresti, & immuni-  
 tas a præstationibus fiscalibus. Vide illud in notis ad monum. *Paderb.* p. 202.  
 Igitur, a vero non multum ab ludere eorum videtur sententia, qui sta-  
 tuunt, Proceres Germania Ecclesiasticos sensim jura illa, quæ Potentatum  
 constituant, esse indepros, atque sub Ottone I. ultimam adiectam suisse ma-  
 sum, sub quo nonnullam Regia stirpis; ut filius Ottonis I. *Wilhelmus*, non  
 ex Editha Anglica Conjuge, ut falso putat *Stat.* *Annal.* *Paderb.* tom. I. p. 300,  
 sed ex Slava quadam notius, beneficia Ecclesiastica sunt consecuti. In-  
 terim multis, post Ottone I. tempora, iura ista territorialia nactos esse,  
 probant *diplomata Rudolphi ap. Hundis metropol. Salzburg.* fol. 140, 141.  
 Non quidem ob Brunonem, quem a fratre Lotharingia Ducem constitutum  
 novimus, Suprematus ecclesiasticorum complementum ad Ottone I. im-  
 perium referendum nobis videtur; siquidem, illum in Coloniensi dio-  
 celi regalia exercuisse, non constat, *Schilter.* *coment.* ad codic. *juris feudal.*  
*Allemansi* p. 26. Nec Episcopi Heribolensis & Abbatis Campidonensis  
 tantoper urgemu exempla, quorun ille potestatem secularem, uti Dux  
 Franconie, hic ut Comes Halarmontanus, jam ante Ottонem acce-  
 perunt. Validiora sunt varia veterum testimonia, que citat *Schilter.* L. I.  
 p. 28. *Vid. chron. Mindens.* *Wattenfedii apud Paulini* tom. 2. p. 9. autoris  
 incerti ap. *Maibamm* tom. I. ver. *Cerna*, p. 558. & *Leerbeck ap. Leibniz.*  
 T. II. p. 165. De Mindensi ecclesia, si quis obiciat, illius iura a Wilhe-  
 lano demum collata, respondetur; non collata, sed prius confirmata  
 sunt. Vidi *diplom ex Pistorio ap. Heider.* in fundam. *discurs.* de *Advo-*  
*cat. Imperii* p. 69: Archiepiscopo autem Magdeburgensi ab Ottone I. du-  
 catum Schartoviensem donatum esse, & multa regalia minora, constat qui-  
 dem ex *Leber.* *Von Magdeburgisch.* *Stapel* *Vinfug* n. 580. &  
 590. seqq. non tamen apparet, ipsi seculare imperium in dioecesi sua esse con-  
 cessum. Imo ex *Pomarii chron. Sax.* fol. 163, patet, Archiepiscopo nec  
 barnum sanguinis esse concessum. Vnde *Stumpfus* in *chron.*  
*Helvet.* L. V. fol. 8. & *Nicolaus de Cusa de concordia Cathol.* L. 3.  
 5. 27.

c. 27. p. 380. hæc ad Ottonis II. tempora referre malunt. Incidenter addimus, conducibilis esse religioni Christianæ, habere sacra capita a curis mundanis vacua, quam iisdem a salute animarum promovenda distineri. Partet inde, nullo in crimen penendum esse Caroli Martelli factum, qui ad pauciorenum numerum redactis episcopatibus, bona iis destinata militibus miseria pro defensione patriæ dura quævis passus, disperitus est Hincmarus præf. vita St. Remigii. Alteferra L. 7. rer. Aquit. p. 130 magn. chr. Belg. ap. Pift. tom. I p. 34. Quidam in eo iniqui habere possunt. Abbi Comites & Abbi Principes ignoro. Alteferra rarer, Aquit. L. 8. c. 8. p. 257. Chiffletti vñdicia Hispanica p. 10. Alteferra de Ducibus & Comitibus C. XIII. Nuge sunt, quæ auor magni eiron. Belgici apud Pift. l. c. & ceteri proferunt, Carolum Martellum, qui alias non plane illiberalis erat in Eccl. Heda Hist. Ultraj. p. 28. Scat. T. 1. annal. Paderb. p. 371. Broveri annal. Trevir. T. 1. p. 307. quod bona ecclie seculares usus adplicuerit, damnatum esse. Cur enim ea, quæ in se sanctitatis nihil continent, si reip. requirat utilitas, in alios usus impendi non possent? Dolendum est, Reges semetipos sceptris quasi ac diademate spoliantes, clericis rerum gerendarum arbitria ultra obtulisse. Quam eorum potestatem largasque possessiones Broverum antiquit. Ful. p. 78. cum Scatenio T. 1. p. 293. defendere audere, valde miror eum Deo tamen Levitas & Apostolos a seculi curis esse inane omnia voluerit. Olim monasteriis advocati, qui rerum temporalium curam habebant, dababantur. Sed maxima eorum pars pedetentim illos excusit. De eorum officio vid. Magerum de advocate armata. Daniel Heider, passim in scriptis suis. Broveri antiquit. Ful. p. 245. Anth. Math. de nobilitate lib. 2. c. 29. seqq.

§. X. Seculares Principes quod concernit, effecit quidem Caroli potentia, longe lateque disseminata, rerumque gestarum amplitudo, quibus splendorem majorum longe supergressus, ad supremum humanitatis culmen evectus fuerat, ut Duxum horum potestatem atque auctoritatem, qua in territoriis eorum a prisco ævo fuere conspicui, variis modis tentaverit labefactare; nihil tamen minus iisdem plurimum ex ista suprema potestatis gloria decerpserunt. (a)

(a) Dicendum jam de antiquis Principum Germaniaæ potestate, quæ in multis integra manuit, licet eam Carolus infringere sit molitus. Germania, antequam Carolus victoria illi inferret arma, non uno Rege, sed pluribus Satrapis est recta, quorum quisque suæ genti æquitate & confilio pre-

## 20 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

rat. Heda histor. Ecccl. gentis Anglorum Lib. IV. c. XL. p. 268. & quod pagos, tos pene Ducebant Poet. Anon. Saxon. ap. Kulpis p. I. Wittek. Corbejens. annal. L. 1. p. 634. ap. Merkam. tom. I. Script. rer. Germ. ait torus Saxonum ducatum tribus Principibus fuisse administratum: quorum unus Ostvalis, alter Westphalis præterat, tertius Angrvariis. Scaten. hisp. Westphal. L. 7. p. 420. Nordalbingii peculiari regebantur Duce Winkelman. notitia Westphal. c. X. p. 200. ff. Westhalos Wittekindus, Ostvalos Hesse; Angrvarios Bruno, quem aliqui Widukindus fratrem putant. Nordalbingios Albion una cum Proceribus provincialibus gubernarunt. Scaten. Hisp. Westphal. p. 423. Et nota ad monumenta Paderbornensis p. 38. Suevi & Bavarii peculiares habebant Duces. De Suevorum & Allemoranorum Ducibus, diu ante Carolum M. Franeorum regno aliquali obsequio obnoxii sunt. Obrecht Prodr. rer. Assat. cap. X. p. 215. Bavariorum Duce a tempore Hugoberti, aut ad minimum Adilions Thassilonis patris, Francis jure fiduciario devinat fuere. Lazius de migrat gentium lib. VII p. 305. chron. Bavariae apud Kulpis. p. II. Broveri annales Trevirenses lib. VII. p. 371. Thassilius idem præfuit Pipino chron. Bavar. L. c. Adelmi Annal. ad an. 757. A quo tamen iterum recessit. Chr. Bavariae L. c. Adelmi Annal. apud Preher. p. 356. Carolo M. autem, bello antea infelicitate uxoris instinctu gesto, sceptro, cui insculptus erat homo, in signum fidelitatis tradito, codem se vinculo obstringere coactus est. Aventini Annales Soissons p. 197. Cumque deinde res moliteret novas, a Proceribus Bojoriarum, quorum magna erat auctoritas, vitam, æque ac filius, monachali tonsura sedimere coactus est. Egimandi vita Caroli M. apud Reuber. p. 8. Poeta Saxon. ap. Schilter. p. 15. Alberici Chron. T. I. p. 119. Pauli Emilihi hisp. Gall. p. 105. Brover. annal. Treu. L. 7. p. 385. Sic Bojoriarum in Gallicis provinciæ formam redacta est Sigis. de Regno Ital. L. 4. p. 171. Saxones quidem in jura, & fraternitatem Francorum receptos esse afferunt Wittek. Corbejens. p. 634. ap. Merkam. Conring. de Viribus German. §. 63. Vid. etiam Gryphsander de Weichbildis c. 22 seqq. atque Wittekindo ducatum Angriæ & Westphaliae ad posteros transmittendum a Carolo M. post baptismum Attiniaci futurum conceffum esse testantur. Scaten. Annal. Paderborn. tom. I. p. 49. Merkam. dissert. de Dicibus Saxonum Et ante Herman. Billing. p. 48. T. 3. rer. Germ. Buffier. Hisp. Franc. Lib. IV. p. 187. Scaten. Hisp. Westphal. Lib. §. p. 820. Nihil tamen secius non minimos Francorum in regundis Germaniaæ provinciæ fuisse partes ex Annal. Metens. Tom. III. p. 384. Script. Francor. ap. Du Chene liquet, ubi habetur, & sic tota Saxonie subjugata est Francis, quo cum coincidit, Alberti Stadens. Chron. p. 192. ap. Schilter. iniquitas. Et iam demum (post Widukindi baptismum

num) *Saxonia in prov. est redacta*. Missos quoque suos, qui inter alia in fidem eorum, qui provinciis praefecti erant inquirerent, ablegabant, de quorum officio vid, *Baluz.* tom. I. p. 335. 789. tom. I. p. 255. 289. 398. *Annal. Trevirens.* Broweri p. 390. & 406. circa finem. *Annal. Paderbornens.* tom. I. lib. II. p. 78. *Lehmanni Chron. Spirens.* lib. II. C. X. p. 60. seqq. Deinde in maiorem securitatem limitibus praeficiebant Marchiones, a Comitiis provincialibus vel Ducibus distinctos. Quamquam enim Lehmanno facile concesserint, Marchiorum nomen sub Carolingis non æquum notum tuisse; quoad rem ipsam tamen, sub illis Marchiones erant. *Vita Ludovici ad ann. DCCXXXCVI.* apud *Pithaum Sirmundus* in not. ad *Capitularia p. 803.* edit. *Baluz.* *Annal. Fuldens.* ad ann. *DCCCLXIX.* ap. *Frereturum Baluz.* tom. II. p. 1188. Docet enim *Paulus Morigia in Antiqu. Mediolan.* *Gisodemus Postcliam* nobilem Mediolanensem a Carolo M. primum Galliae Cisalpinæ Marchionem esse constitutum. *Giselman.* de reb. *Helv.* lib. 3. p. 190. et *Lazius de migrat. gent.* L. p. 309. assert, Gerholdum Caroli M. ex uxore Hildegarde affinem Bojoiariorum Marchionem esse cœratum. Roberti Marchisi mentio injicitur in *Diplom. Caroli M. ap. Doublet.* p. 727. Marchæ vox tribuit comitatibus in limite Hispanico *Vita Ludovici Pii ap. Freher.* in corp. *hist. Franci.* tom. II. p. 459. *Annal. Adelmi* Ic. p. 427 in p. 448. ubi extat vox Marchionis. Sic Popo vocatus et Comes & Dux Sorabici limitis *Annal. Fuldens.* ad an 880. Interca & Ducibus nonnunquam id commitebat munera. Annales autoris incerti apud *Pithaum ad annum 361.* Interim magna manebat Rectorum Germaniae auctoritas, qui deinde frequenter nomine Comitum, in Germania antea in significatu Francorum ignoto, insigniti sunt. *V. notar. ad monum.* *Paderbornens.* p. 83. quos a Francis cum Duci titulo confundi non erat in confusum. Nec eo incias, esse quadam Germanice territoria in partes scissa, & inter Comites divisa. *Annal. Fr.* ad 748. ad modum, quo Franci in limite Hispanico usi sunt; ubi terris in minores partes divisis, Carolus M. sua gentis rectores praefecisse tradit. *Petrus de Marca in marca Hist. L. III. C. VIII. p. 233.* & lib. VIII. p. 256. ubi obf. episcopatum pro comitatu dici. Non tamen in Germania a Carolo M. ejusque posteris Dueatus penitus esse abrogatos, ex eo quoque liquet, quod Carolus M. ante Wiedekindi christianismum, Theoderico Duci Saxoniam regendam communiter *Scat. Hist. West.* p. 447. Mentio quoque Saxonie Ducum in vita Ludovici Pii apud *Pithaum* p. 209. injicitur.

§. XI. Ludovicus Pius mitissimi ingenii Princeps & de caducitate humana admodum persuasus, (a) æquum satis

22 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

(a) se præbuit germanis. (b) Ludovicus Germanicus, severiorem iis paululum se exhibuisse, videtur. (c) Interea gliscente, ac labefactata insigniter familiae Carolingicæ fortuna, per varias terrarum divisiones, Proceres ad jura avita redire satagere. (d)

(a) Annales Autoris incerti ap. Pithœum ad ann. 821, tardus ad irascendum, facilis ad miserandum. Theganus c. 19. ap. Pithœum p. III. Consiliariis magis creditis, quam opus esset l.c. c. 20. Episcopis plus iusto indulxit, de quorum temerario aufu, v. exactorationem Ludovici Pii ap. Pithœum tom. 2. p. 136. seqq. Licet Episcopi aliquique clerici, jubente Ludovico, seculi cultum deposuerint. *Vita Ludovici Pii aut. incerti p. 204.* ap. Pithœum. Postulati autem eorum non levia permisit augmenta. De morte frequenter eum cogitasse, patet ex prolog. Capitul. Aquisgr. ap. Baluzium tom. I. p. 561.

(b) Saxonum gentes ob constantiam in religione Christiana & præclara bellum merita magnopere probavit Scat. Annal. Paderbornens. L. 2. p. 60. Benedictus Levis collector, capitular, ap. Baluzium p. 506. sequentem in modum de eo canit:

Augusto nituit sub quo Germania cultu,  
Cultori tribuens commoda multa suo.

Germanicæ Proceres, tanquam imperii columnas, ad publicas admisit deliberationes: Sic in conventu Francofurtano admonente Ludovico Pio Optimates ex Franciæ orientalis, Bojariæ, Allemanniæ, Burguadie & Rheni provinciis comparuere Scaten. Annal. Paderb. tom. I. Ita & in Conventu aquisgranensi, ad an. 820, bellum adversus Liudovitum Paononiz rectorem decreatum est. Scaten. I. c. p. 66.

(c) Autor incertus ap. Pithœum p. 78. Interim illum æqui & juris fuisse amantissimum, bonique publici studiofissimum narrat Regno ad ann. 876. unde non adeo iniquum, in iure Principum illum fuisse suspicor. Accedunt varia bella externa, quibus implicitus, maluit haud dubie domi pacata omnia habere, quam nimis potentiam ostentare.

(d) De divisione Imperii inter filios Ludovici Pii vid. *vit. Lud. Pii* ap. Pith. p. 148. Et Nishardi Caroli M. ex Bertha nepotis tract. de dissensionibus filiorum Ludovici Pii ap. eundo p. 297. seqq. Baluzius ad capitularia tom. I. p. 574. seqq. p. 586. seq. Mirai codex donat. psarum C. XVIII. Lotharium convocatis Statibus divisile provincias, & Ludovico Imperium concessisse vid. *Annales Bortiniani* ad ann. 886. De divisione terrarum inter filios Ludovici Gce.

PROCERVM IN IMPERIO FRANCO GERMANICO. 23

Germanici v. Brunner. *Annal. Bojorum* p. 232. edit. monach. Vadianus ap. *Goldastum* tom. 3. rer. allemann. p. 62.

§. XII. Non enim infima in rebus gerendis Optimatum fuit auctoritas, Carolomanni & Ludovici Iunioris temporibus, qui gubernatores æquanimis non diu superslites, ob Gallica etiam Normannica & Italica bella Procerum potestati graves esse nescivere. (a)

(a) Carolomannus a Brunnero vocatur civium amans L. 7. p. 24. Nec Ludovicus virtutibus caruit; & necio, quid Aimoinum instigari ut affereret, ipsum inutiliter sibi, ecclesiæ ac regno vixisse L. V. *Annal. Franci* ap. *Freher*. p. 249. Ludovicus Iunior Procerum opera, post fratis Carolomanni mortem Bojoriarum regnum obtinuit, & Arnulphus Carolomanni filius ngleucus, Carantanorum prefectura aliquo modo placatus est. *Annal. iurecti autoris* ap. *Pithœum* tom. 1. p. 153. *Brunneri annales* L. 7 p. 141.

§. XIII. Carolo Crasso imperium tenente, Carolinæ familia regia potestas magis fluctuare cœpit, (a) quam quidem Arnulphus, sed modico ad modum eventu, pristino splendori restituere allaboravit: (b) Sub Ludovico vero infante Proceres magis adsurrexere. (c)

(a) Vid. *chron. Reginon.* ap. *Pistor*, tom. II. p. 428 *Scateni Annala Paderborni* tom. I. p. 202. Ipse Carolus ab inuenientestate imbecillis fuit animi & manibus *Annales iurecti autoris* ap. *Pithœum* p. 3. ad ann. 873. *Meyer's abbrege chronologique* p. 369 370. tom. I. Et tandem ob vires impares imperio exatus est.

(b) *Scateni. l.c. p. 203.* Procerum circa ejus tempora potestas ex eo quoque patet, quod Zwentiboldus, communis tandem eorum consensu, Lotharingie regnum conferte potuerit, quem ejusdem regni deinde Magnates ob res male gestas Regno privarunt. *Brevier. Annal. Trev. L.* 9 p. 488. 49. *Conf. Scateni. l.c. p. 235.* *Vespergensi. ap. Pistor.* tom. I. p. 143.

(c) Sub hoc Ludovico dignitates Procerum Germaniae hæreditarias factas, multi opinantur, que Scatenius inclinare videtur. Allii ad tempora antea referunt. *Meyer in annal. Flandr. lib. II. p. 10.* contendit a Carolo M. Flandriæ Comitem hæreditarium esse constitutum. Sed negat hoc *Meyer's abbrege chronologique* tom. I. p. 242. & sub Carolingis Comites & Dukes

ad

24 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

ad certum tempus regimine functos esse ostendit. *Alteferra de Duc.* §. Co-  
mit. prov p. 18. Alii ad tempora Ottonis I. provocant. *Alteferra de Orig. feuda-*  
*c. 2. Mylerus Archol. c. 9. p. 47. Heiderus deduct. fund. p. 2282. Aliter sen-*  
*tit Iter. de feud. Imp. cap. I. § XIV.* Et quis omnium opinaciones enar-  
rando tempus terat. Plurimi certum figi non posse terminum putant, &  
uni prius domui illustri, alteri posterius, successionem hereditariam esse illa-  
tam. Supradictum fuit ostensum, priscam Francie ac Germaniae Proce-  
rum eximiam potestatem, a Carolo paulum infringi tentaram, in  
successoribus ab eo descendantibus, iisque ad occasum vergentibus,  
caput extulisse, donec, extincta Caroli familia, sub Contrado infecurum est  
summi imperii complementum. Hæreditarias dignitates sub Carolingio-  
rum ultimis temporibus suisse, exemplo est Thidericus, non a Carolo Calvo  
quidem, ut putat *Junius in Batavia* p. 182. § aut. Chron. Seland. p. 150.  
sed Carolo simplice Comes Hollandie hereditarius constitutus *Dorsi in*  
*annali Batav. p. 193. Vossius in annal. Holland. p. 5.* Quin imo ante-  
quam Germania Carolo subiecta est, familias illustres, ad morem inter Ger-  
manos receptum, genti sua praefuisse, exemplis evinci potest. Nec familia-  
rum carum natales a Romanis, ut nonnulli ineptivere, sed ab ipsis Germanis  
petendos duco. *Vid. Teichbenmatheri annales Clivie* p. 2. p. 102. *Sic Au-*  
*gusta Domus Brunsvicensis Majores, summa auctoritate ac celsitu-*  
*tinis principum elogis illustres, novit ad minimum ab Attila temporibus. Vid.*  
*Clarissim. Virorum Leibn. § Eckardi tabulam originum Brunsvicens. §*  
*Estenium. Vrjberg ap. Pistor. Tom. II. p. 209. seq. Mabillon. annal. Benedict.*  
*Leb. XV. p. 483. Chiffletti vindie. Hispan. p. 10. § it.* Gens haec illustris, & re-  
rum gestarum gloria celeberrima, non nisi magnos Duces progignere solita,  
ut ait *Joh. Vadian. L. 2. de Col.* § Monast. Germ. p. 46. Caroli M. jam etate  
Dukes potentissimos habuit. Ipse Ludovicus Pius Juditham Principem  
Guelphicam conjugali sibi fecdere sociavit, cuius patrem Ludovici Socrum  
Welfum Theganus vocat Ducem præpotentem *Thegan. c. 26. § autor vi-*  
*ta Ludovici Pii ap. Freher. p. 459.* Comitem nobilissimum *Marian. Scot.*  
ad 821. quod abusive factum suscipitur Leibniz, *Introdr. ad tom. Script. rer.*  
*Brunf. v. n. 556.* quod Comitis nomen officium feudale supponat. Princi-  
pes autem Guelphorum allodiorum possidores sui iuris, nec homagii vin-  
culo obstricti fuerunt v. *Monach. Weingart. de Principibus Welpis* p. 781.  
82. Stirps Austriaca, (quam Lambec. t. II. de Bibl. Vindob. C. 6. ab Abra-  
hamo, imo Joh. Stadius e Noachi area deducit, ideo ab ipso Maxim. I. quod  
sibi inurat ignominiam, reprehensus) quam longis ab annis hereditarie  
provinciarum temonem moderata sit vid. apud *Gullimannum de rebus*  
*Habsburgicis Lib. I. p. 4. seqq.* *De Wittelskindi posteris Saxonise* Ducibus  
Abb. 80

*Abbas Vissbergensis ap. Pistor. tom. II. p. 149.* Plures alias clarissimas Germaniae familias, jamdiu ante Ottonem dignitates hereditarias ad posteros transmississe vid, apud *Lazium de migrat. gent. & in hennings tabular. genealog.*, qui tamen multa fabulosa admiscerentur. Majores nobis clement in veritatis hisce historicis certitudinis gradus, si Comites terras, quas rexere diplomaticibus adcesserint, quod non ante Henricum sanctum factum esse, afferit Guilimannus; uno sub Henrico IV. Comitum sunt diplomatica fine provinciarum adscripto nomine. Supra tamen in rebus Francis monitum fuit, postquam membra Germaniae rectoria caput nacti sunt, Regi & populo suas suisse partes. Vide qua de Giselberto habet *Maiobom. not. ad Wittek. p. 679.* Evolvit hic meretur *Brunner. Annal. Bojor. part. II. lib. VIII. p. 567. edit. monach. m. 870.*

§. XIV. Extincta Carolina stirpe, Conradus I. (a) commendatione potissimum Ottonis Saxonum Principis, ob provectionem extatem regium serpentis onus, (b) Germanicum diadema tandem impetravit, (c) sub quo Procerum iura avita dilucidiora fieri coepere. Nec dubitandum, cum Proceres consultum putarent, denuo sub uno capite sociali se se fœdere jungere, ante regni delationem novo electo exposuisse, quo obsequii generis ipsi cuperent esse obnoxii; (d) quandoquidem in manu eorum situm erat, vellentem more majorum in variis discedere resplicas, an vero systema regno heroico temperatum constituerem. (e)

(a) Conradum e Carolino oriundum esse stemmate, nonnulli veterum, ut *Otto Frising. L. 6. Chron. & Godefr. Veterbiens. in vita eius*, & quidecum ex Ludovici infantis fratre natum putant, quibuscum *Lebmannus in chron. Spir. L. II. c. 3. p. 50. consipitate videtur*, ubi Conradum ultimum ex Carolingis in Germania Regem vocat: Sed hoc paulo major continuatori Reginonis est fides, qui ad ann. 911. p. 437. apud *Pistorium* scribit: *Conradum filium fuisse Conradi ab Adelberto, Henrici Aucupis fororis filio, occisi, & regali stirpe deficiente factum esse Regem*, quod prater *Rheginon. L. c. Wittekind. Corveyens. p. 634. ap. Maiobom. & Herman. Contracca ad ann. 911. p. 311. ap. Vissberg. ap. Pistorium. p. 143.* Vocatur quidem Francus, sed antiquiori tempore Germania nostra cis Rhenana, inter alia nomina, etiam Franciae Orientalis titulo veniebat *Annal. Francor. ap. Freher. p. 66. Vissbergens. ap. Pistor. p. 154. Maiobom. not. ad Wittekind. p. 678.* Inde Otto Francigenam se vocavit *Au-*

26 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

*bertus Miranus codic. p. 130. in 8vo.* Hinc Conradi in Diplomate, quo sibi Fuldam pro loco sepultura adsignat, & obinde dona quadam monasterio confert, se Romanorum & Francorum vocat Regem Brewer. *Antiq. Fuldens. p. 128.* Nec minus pars certa Germanie, interdum in specie Francia orientalis dicta est, ut Alamannia contra distingueretur ap. *Ditmar. p. 268. edit. Leibniz. annales autoris incerti apud Pirnaum ad annum 816. 825. 871 vita Ludovisci Pii p. 197. apud eundem Broweri annales Trevirenses T. 1. p. 456.* Per electionem autem Conradi nulla Caroli simplici, in Gallia ex Carolingis reliquo, illata fuit injuria. Ille enim, quod imbecillis esset ingenii, despiciatur ab ipsis Francis occidentibus habitus, nullo modo utrique regno moderando par esse potuisset; praesertim cum Germania tot turbis ac frequentibus Hungarorum irruptionibus effet expoista.

(b) Otto Illustris Principum prudentissimus ac potentissimus Dux erat Saxorum ac Thuring., quorum ac Francorum aliorum votis electus, honorem ob etatem ad sevictorem vergentem derectavit, & Conradum ob fortitudinem, potentiam, & cum largitate lenitatem commendavit *Ditmar. L. 1. p. 325.* Ipsam tam superioritatem suam sibi reservans *Wittek. annal. L. 1. ap. Metab. tom. I. p. 634. lib. 9. chron. c. 15.*

(c) Moris semper fuisse supra diximus, regnum in eadem continuari familia, quendam aliquis ex illa moderandis sceptris electus. *v. Lehmann. Chron. Spirens. L. 2. c. 3.* qui ritus semper sub Germanice propaginis Imperatoribus fuit observatus, ut semper in imperio nostro electio fuerit successione temperata. Sic a Carolina familia non facile discessum fuit, sed extinta illa plus ex electione habuit; qui mos deinde imperii post Henrici IV, tempora magis observatus est, ita ut non nisi maturus etate imperio praesiceretur. Henricum etiam Acupem Regem factum coram populo Francorum & Saxonum testatur *Wittek.*, quicquid obloquuntur Adam Rechenberg aliisque, Henricum I. aequo ac Ottones jure sanguinis successisse. Meminit quidem Wittekind. & Otto Frising. testamenti Henrici I. sed hoc de Saxonia & Thuringia intelligendum est. Nec *Ditmar. L. 2. annal. p. 331 nec supplem. Regin. ad 936. testamenti*, ex quo successisset, mentionem iniicit: Cum certum sit, Henricum in Comitis Eifuri convocatus, cum Ordinibus de successore deliberare voluisse. *Aut. anon. rot. Mathildis,* quibus infectis, Ottōnem primi ductores elegere, quibus electionem suam ipse Otto accepserat in diplomate Quedlinburgensi. Cui ex familia eius Ottone II. & III. succedere novum non erat, nec juris hereditarii argumentum. Evitabantur ita variis motus, quos post Ottonen in Germania ob ambitionem maximos fuisse scribis *anon. vita Mainw.* eorum scilicet, qui cum Henrico S. im-

## PROCERVM IN IMPERIO FRANCO GERMANICO. 27

imperii fastigium competebant. Deinde post 8 hebdomadum inter regnum Duces Conradum elegere, & Duces maiores singuli de singulis regnibus, eadem verba electionis repetebant, & populus frequentissime adstabat, unde liberæ Civitates, quæ populum repræsentant, in Comitiis stant extra cancellos vid. *Wipper p. 26. in vita Contr.* Sic Conradi III. & Henrici VI. filii, quod anni deficerent, posthabiti sunt. Semper itaque competit Proceribus eligendi facultas, quo respicit *Guentherus in Ligerino ap. Reuberum p. 282. inquiens;*

Francorum Proceres, quos inclita robora regni  
Et validas nunquam puerat dixisse columnas:  
In manibus vestris regnum est, ea quippe potestas  
Ad vos, more suo, semper viduata recurrat.

Atque ejusmodi testamenta commendationis tantum vicem habebant, *Gramm. de I. B. & P. lib. I. c. 3. §. XIII.*

(d) Vid. *Luispr. hist. lib. II cap. 7. ap. Reuber. p. 105.* & qui cum exscriptis *Vespergen. p. 144. ap. Pistorium. Albertus Stadens. p. 208. apud Kulpisum.* Voluerunt quidem populi Regem, sed cuius limitata esset potestas. Errant, qui sibi peruident, Conradum in plenam Carolingorum potestatem successisse. Licet enim paustum aliquod inter nos electum Imperatorem & Imperii Principes conditum, quod in litteras relatum sit, apud auctores non compareat, inde tamen res ipsa negari nequit; cum apud Germanos mores magis, quam leges scriptæ valuerint. Interim novo imperio clatus & re sua putabat, Procerum potestatem quovis modo immiscere. Inde Conradus Henrici Aucupis territoria labefacere cogitans, ducatum paternum integrum ei concedere noluit *Wittek Corbeyens. ap. Meibom. p. 63.* sed ab Henrico Aucupe strenuo paternarum ditionum vindice, magnis cladibus est repressus, quod scriptores illorum ac subsecuentium temporum, juris naturalis ac imperii nostri compaginis imperiti, male usurpationem aut rebellionem vocant. *Brower annal. Trev. L. 9. p. 446.* Defendit se Henricus contra attentata Imperatoris, qui in eum nec vi, nec dolo quicquam efficere potuit. *Wittek p. 636 ap. Meibom. p. 63.* Quapropter communiter dicitur ipsum primum libera potestate regnasse in Saxonia *Vesperg. ap. Pistor. T. II. p. 149.* Non ita sarentem fortunam Arnulphus habuit Boyarie Princeps, indigne ferens, Conradum sibi parem, ac solo regio nomine superiori, concessas regni vites in æqualium iijurias exercere, sece autem viribus inferiore animadvertens, salutem suam Hungaros, a quibus ante insignem reportaverat victoriam, quam Caesar potius

D 2

credi-

## 28 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

credidit Brunner. annal. Bojor. L. 7. p. 386. edit. 8vo. Forte & hoc iniunctio  
citas inter Conradum & Arnulphum cauam dedit, quod hic illum & que  
ac Gisalbertus Due Lotharingia, Erenger ac Bertholdus fratres, & Burkhardus  
Suevi Conradum recipere recusarent, & Carolum simplicem ex Gallia  
arcessere statuerent. Avent. annal. Bojor. L. 4. p. 291 ita enim concludebat  
Gisalbertus. Aut sanguini aut electioni Contadus debet imperium, si illud  
contendat cum Carolingis in Gallia, si hoc, mihi non est obtrudendus,  
quem non elegi. Annal metens. ad annum 909. Henricum tamen Auce-  
pem itidem Conradi electionem haud iati habuisse, Aventino concedere  
nequo, nisi dixeris, hoc esse factum, postquam Conradus. Henricum ditio-  
num paternarum parte emungere, annis est. Imo Aventini assertio ma-  
ximam partem videtur corrueci, cum Otto Friesnens. p. 126. ap. Fr. 8ij. te-  
stetur: *confessu omnium Orientalis Francie Regem creatum esse.* Et  
omnino sub Franci, a quibus & Saxonibus Conradus electus dicitur, reli-  
quas Germaniae gentes, prater Lotharingos comprehendit, veritati congruum  
puro. Wittekind. corb. tom 1. p. 634 apud Merbom. Nam Francia Orienta-  
lis sepe ut supra dictum tam late accipitur, ut denotet Boiam, Sveiam,  
Saxoniam, Thuringiam, Frisiā. Albericus ad ann. 893. tom. II. access. Leibniz. p. 225. Rhenanus L. 4. rer. germ. atque ab Ottone Friesing. L. 6. c. 2.  
chron. E in chron. Laurishamp. 66. ap. Freher. dicitur Ludovicum Germani-  
cum in divisione Orientalem accepisse Franciam, qui tamen maximam Ger-  
mania partem nactus est. Sic Wippo in Vita Conradi Salici p. 423. ap. Pistor.  
Germaniam Franciam vocat. Omne tandem hic tollit dubium Lustpr. L.  
2. c. 7. affirms, *Conradum a cunctis populis esse ordinatum.*

(c) Extinctis Carolingis Principes sui juris facti sunt, & penes ipsos erat facultas,  
an sub novo capite in unum redire systema velleant, nec ne v. Grot. L. 2.  
c. 9 §. 1. Hæc sunt, quæ de primis initius superioritatis, ac summa potestatis  
Principum breviter delibavimus, restat ut de ejus progressu pauca adisci-  
amus, & quando summa potestas Principum ab Imperatoribus infringi ten-  
tata sit, nunc per omnia secula duratura.

§. XV. Henricus Auceps (a) recti justique amans,  
regni moderamen capeſſens, illud quod in Conrado odio ha-  
buit, imitari dedignatus est. Sed Otto I. (b) elati animi Prin-  
ceps, germanico potitus diademate, jura Procerum labefactare  
molitus est.

(a) Henricus I., testante Dittmaro, Cæſaream sprevit dignitatem; nihilominus  
tamen in diplomate, quo anno 923, fundationem Abbarie Bromiensis in  
Comitatu & Dioecesi Naunorensi, quæ nunc Sancti Gerardi, ab ipso fun-  
da-

datore ibi quiescente, nominatur, confirmat se vocat Romanorum Imperatorem. *Aubert. Mirans in cod. donat. piar. cap. XXX. p. 120. edit. in 8vo.* Ille Burchardum Suevia Ducem, electioni renitentem habuit, qui tamen cum esset Henrico inferior, ita mentem mutavit, ut Arnulphus Ducem Boyarie, regnandi cupidum, magis in Henricum incitaret. Doncelis prudenter Henrici ita esset sopita, ut in signum benevolentiae Regiae, vel potius paucis initio, Pontificum ac Episcoporum in Bavaria cooptatio, quae tum inter Regis erat prerogativa, ipsi restitueretur. Eum quoque in Syuodo Dingelingwā convocata, prasidis personam ecclie confitat. *V. Gewoldi not. ad Hund.* Ante eum jam Thaessilio jus circa sacra exercuerat, ac diuum Virgilus jussicerat, ut modestum Episcopum consecraret. *Aventin. annal. Noic. p. 177.* Arnulphus, quod monasteria in seculares usus converterat, a clericali ordine malus dictus est *Oto Fris. L. 6. Chron. p. 127 Hund. metropolis T. 2. p. 96.* defensus a Brunnero *L. 7. annal. p. 397. chron. p. 16.* *Luitpr. L. 2. c. 7. ap. Renber. p. 106.* Idem jus circa sacra Burchardus Dux Suevia praetendit *Hedidan. ad 925.* Henrici Leonis exemplum *v. ap. Steron.* Apparet inde Principes iure constitutissimi Episcopos esse gavios. *Stryk de Jure Papali Princeps Evangelic.*

- (b) Ottonem M., cuius virtutes, ob favorem forte in clericos, in eolum tolluntur, in crudelitatem propendisse, Proceres indigne habuisse, eorumque jura territorialia evertere studuisse, facile appetat, licet eum purgare cupias. *Luitprandus apud Broverum in annal. Trevorense. lib. 10. p. 447.* Witekind *L. 2. annal.* in fine ait, *Ottonem semper jucundum fuisse, prater Regis discipline terrorem.* Cum enim Comes quidam, cuius cepit, sub Ottonis signis, cum inimicis strenue manum conseruerant, in premium navatæ operæ, ab ipso Abbatiam Laurisheimensi precaretur: Scriptum est, nolite sanctum obsecere canibus. Otto respondit. *Luitpr. L. III. c. XV. p. 137. ap. Renber.* Otto patro regno nequam contentus, variis in Germania motus excitavit, Optimatus iura sua interim strenue rutanibus, quorum avitas possessiones eripere, eorumque potestatem anterioribus & monarchia, quam meditabatur, aptioribus limitibus circunvallare conabatur. *Witsek. L. 2. annal. ap. Merbom. p. 469.* Sic Boyariz ducatum Arnulphi mali filii creptum, Bertholdo patruo eorum, sibi in paucis dilecto tradidit. *Luitprand. L. 4. hist. p. 139. ap. Renber. Witsek. Corbigenf. c. 2. p. 644. Et 949. ap. Merbom.* & post obtumus eius proprio fratri Henrico concedit, qui tamen Arnulphi vestigiis aequo insistens, plenario dominio usus, animadverrit in Episcopos v. g. Archiepisc. Salisburgensem. *Dittmar. L. 2. annal. p. 939.* &c. jus belli & pacis exercuit, Veronam & Aquilejam sibi acquirendo. *Witsek.*

30 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

*L. 2. p. 649.* Wittech. quidem filios hæredesque Arnulphi obinde ducatu paterno privatos esse scribit, quod Regis iussu contemserint ire in hæreditatem; & supra ex Brunnero ostendit, in plerisque Germ. territoriis, licet hæreditatiis, conferendis & populo & Regi alias suisse partes: Sed in aedendo ducato Boiorum hæreditario nullius opus esse auctoritate, Arnulphi ediscerebant hæredes *Aventin L. 4. annal. p. 294.* Nec dubium est, astu Bertholdi, ut ipse ducatus rex esset, & caribus Ottonis, ut ordinarium succedendi modum interumperet, juvenes illos a paternis ditionibus suisse exclusos. Ut enim omnem ilius spem eriperet, natu primum Eberhardum captum exuletum vitam agere iussérat, duos vero minores, capite diminutos, in Comitum Palatinorum ordinem redēgerat, quæ tunc secunda dignitas post Duceū erat.  
*Huud. Baterisch. Stammbuch L. fol. 83.* Quod obiter hic monos, præter Comites Palati, qui Imperatorio adhæabant lateri, in plerisque provinciis fure re Palatini, qui regia curabant bona, saepe monasteriis ab Imperatoribus, ut Vice domini concessi. Quorum Advocati proinde Palatini, Majores domus ecclesiæ, & signiferi vocantur, quia Episcopatum & Abbatarium vexilla gerebant, aut quod advocati diocesisbus idem obirent manus, quod Comites palati in aula Imperatoria, qui æque vexilla gerere solebant Imperatoria, quo seni Otto Wittelsbach in Palatio Friderici I. Comes signifer eius dicitur, ac proximus ab eo in aula erat; & Conradus postea Rex sub Lothario Saxonæ regni vexilla tenebat. *Leibniz. tom. 1. p. 633. n. (a)* Sed ut redcam unde discessi, Thanemarus quoque Ottonis ex Harteburgæ frater, Vorburg his, Ottonum p. 4. graviter afflatus est, quod dia tio Sifridi Saxonum optimi, & a Rege secundi, Geroni, cuius manu, uti & Hermanni Billingii (ex illustris Amelungi Comitis posteritate descendentes,) consiliis res Ottonis fulcerebatur, regali dono celerit, quam sibi, ut Sifridi propinquo, deberi putabat. Et Giselberti Lotharingorum Ducis nepotes servituti Regiæ se subjicere necessum habuere: Conrado vero, defuncto Odone & Henrico Giselberti filio, invitè licet Lotharingis, & ducatus, & regia in matrimonium obeyavit filia. *Wittech. ap. Merheim. tom 1. p. 648 649. 653.* Cumque Conradus a Rege desiceret, Archipresuli Colonensi Bruno nia fratre Lotharingia regenda tradita fuit, qui deinde in illa provincia substitutum Fridericum Comitem de Bar, postea Ducis titulum assumendum, *Brover. annal. Treverens. L. IV. p. 467.* ait, Friderici Lotharingiæ Ducis nullum in veteri diplomate esse vestigium: Sed apud Flodoardum, Sigibert ad an. 495. in historia Abbatia St. Michaelis, in kist. montis St. Senonis, & in aliis diplomaticis a Wasserburgio allegatis, mentio ejus inicitur. Stephanus II. Papæ in epitaphio dicit, ipsum Regii sanguinis suisse *Du Chene in pref. Htfor. dominus Barro ducalis p. 4.*

§. XVI,

PROCERVM IN IMPERO FRANCO GERMANICO. 31

§. XVI. Otto II. & III. bellis adversus Saracenos et Italos (a) funestis perfundi, minus dominatum Principum, Henrico II. rixoso ipsi Ottoni II. de regno lites movente, (b) inquietarunt: Ottone III. autem ex toxico Crescentiae vidua sat immatura morte abrepto. (c) Denique Henrici claudi five sancti (d) in Principes sanctitas non emicuit. (e)

(a) *Otto Frising. chron. lib. 6. c. 25. Lambert. Schafnab. ad ann. 982. Sigeb. Gembl. ad ann. 987. Aventini annal. p. 379.*

(b) *Schafnab. ad ann. 996. 998. Lehman. chron. Spir. L. 5. c. 13. p. 399. Scato. annal. T. 1. p. 346.*

(c) *Herman. Contract. ad ann. 1001. Schafnab. ad ann. 1002. ap. Schardium.*

(d) *Non e tactu angeli, sed a sera fauci claudicare coepit Broveri annal. Fuldens. L. 3. p. 257. Sancti autem cognomen ex filio Cunigundis five monasterio Bambergensi, & optimis in sacerdotes donis lucratus est.*

(e) *Sub illo Dux erat Saxonia Bernhard et stemmate Billingorum *Ditmari. L. 4. p. 538. Helmold. L. c. 16 Chron. Selav.* In Turingia Eckhardus Dux erat Misnia. Bavariae ducatum non iustis haeredibus: sed Henrico Comite Bertoldi filio prætermisso, sub prætextu, Bavarois liberam Ducis eligendi habere facultatem, Henrico Reginae fratri ducatum Bayarensem concessit. *Vita Henrici 8. ap. Leibniz. T. 1. p. 437. Ditm. ap. Libn. T. 1. p. 308.**

§. XVII. Conratus Salicus (a) & Henricus III. (b) violentum in Principes depromere animum non intermisserunt; omnium maxime Henricus IV. (c) insueta feritate saeviens, totum imperium molestiis ac turbinibus divexavit. Nec dissimili in Principum haereditates Henricus V. (d) prava inductus est libidine; a qua tamen abhorruit Lotharius, aequitatis studiosissimus, & quiete vivere malens, quam decertare bellis, si ipsi modo tranquillo licuisset esse imperio, per (e) æxulum Conradum, imperiale dein confecutum dignitatem, sed truculenta Henricorum vestigia prementem. (f)

(a) *Principes Germaniae haud dubie, ad fistendam eius violentiam, fœdus aduersus illum innovere, licet Wizzo in vita Conradi Salici ap. Pistor. T. 1 p. 431, 434 causam non addat. Dolendum est illud, & imperitia aut negligentia odio, adulatio, aut timori scriptorum rer. germ. tribuendum est, multa ab his prætermitti, rerumque causas sepe ignorari. Fortassis & idcirco fœdus pepigore, quod filio Ducatum Bojarie tradiderit, cum Stephani II.*

Hun-

- Hungaria Regis ex Gylcla Henrici sancti sorore filius potius in illo succedere debuisset. Bavariam foeminarum & ex iis descendientium non esse incapacem ex eo liquet, quod Henricus III, filio Conrado mortuo ducatum illum uxori Agneti dederit Schafnab ap. Pistor. tom. II. p. 464. Patet tamen sub eo vix illa dicitur *Fürstentum*, qd: quia communicato cum principibus consilio contra Ernestum egit. Wippo in Vita eius. Contract. ad 102, Ulzberg. Chron. p. 214. Praefuit hoc tempore Beano S. Bernhard Saxoniae & provinc. Slavicae sive Marchae Brandenb. Helmold. L. t. Chron. c. 19. Sclavos tum jure comitorum gavios esse vid. ap. Wippo p. 424.
- (b) Quod Henricus III. successionem Principum, in terris, ex hereditate ipsis competentibus, interturbare tentaverit, eius rei exemplum habet Schafnab, ad ann. 1042, inquiens Gozelo Dux Lotharingorum obiit, cuius filius Gotofredus nobilissima indolis Juvenis in re militari ad modum exercitatus, quia ducatum parvum (Mosellanicum) non potuit obtinere, arma contra Rempe corripuit. Ad Albertum Ducem, quem Rex parvus subrogaverat pralata viuum occedit. Conf. Annal. Trev. Lib. XI. p. 521. Deinde Bavariam quoque, neglegit heredibus, Cunoai vel Cunrado, Ludolphi filio, & Ezzonis ac Mathildis Ottonis III, sororis nepoti, ut genero futuro tradidit, qui tamen ob regia filie contemptum deinde expulsus est. Vit. Ezzon. Et Mathilda, apud Leibn. t. I. p. 316. Brunneri ann. part. II. p. 909.
- (c) Henricus IV. per iniuste facta, & conatus in peccundinis Primitibus, eos illuc redigit, ut ad Pontificem Romanum confluget, tanquam ad sacram anchoram. Pontificis enim Maximi auctoritas ita hominum, præcipue inferioris fortis, effascinaverat animos, ut iustissimam illam crederent cauam, cui Pater Sanctissimus adjictebat calculum. Ille igitur pro ea, qua Itali semper fuerunt in velificando commodis suis prurigine, commodam hanc occasionem ratus est, iure investiendi Episcopos per baculum & annulum Imperatores orbandi. Non quidem Hildebrandi in Henricum IV. arrogantiam Alberti, ad ann. 1077. approbo, & plus quam faxeam duritatem Donizo in vita Matildis p. 66a. ap. Leibniz. Gregorius L. 4. epistola 7. Broveri annal. Trevor. L. XII. p. 557. quam vano penitentiae nomine Henrico injuncta. Florentini in annal. Mathildis p. 172. emollire satagit. Nec Papam Gregorium excuso, licet ea, quæ Cardinals Benno ap. Ulzberg. p. 171. tom. II. p. 52. Et Gregorius Gemblacensis contra eum protulere, non omnia credam. Interim tamen Henricus juvenis, perveris ab Adelberto Archiepiscopo Bremensi moribus imbutus, Schafnab. ap. Pistor. T. II. p. 470. Scat. annal. Paderb. & secundum Adelberti regulam cupiditatibus semper obscurus, raro, quod rectum erat, securus est. Brover. annal. Trevor. lib. XII. p. 549.

In

PROCERVM IN IMPERIO FRANCO GERMANICO. 33

In justitia ejus & rebus cunctis, quas gesit elucescit, licet non omnibus, quæ contra eum adducunt Pontifici, fides haberi queat. Certum tamen est, illum superbia & indomita aikeni aviditate, omnium Imperii Principum iram in se fortiter concivisse. *Chron. Laurisham.* ap. Freher. p. 78. Proceres enim paternis territoriis & potestate privare operam dedit *chron. magn. Belg.* ap. Pistor. p. 144. In gentem Saxoniam quævis crudelia exerceri paupl. est. *Schafnabr.* p. 488. Sic Dedi Marchio libertatem non modica possessionum & reddituum parte emerari debuit *Schafnabr.* p. 475. Otto Dux Boyarie ducatu exutus est l.c. p. 478. Magnus Ottonis Saxonum Ducis filius, captivitatis miseria adactus est; paterna renunciare ditionis in Haresburgensi castro aservatus. *Schafnabr.* p. 489. apud Pistor. hisp. belli Sax. p. 106. Rudolphi Sueviae Ducis principis optimi, & imperatoris sororem thori faciam habentis, deinde adversus eum anti Cæsaris electi, bonis infidias struxit *Schafnabr.* ap. Pistor. T. II. p. 489. Bertholdi, Ducis Carentanorum, territorum, contra sanctas oblationes, Marciardo tradidit l. c. p. 490. Erexit munimenta & castella, ut Saxonie Principibus compedes injiceret *Schafnabr.* p. 492. Berthold, *constantiens.* append. ad Herm. Proceres instar villissimorum personarum contemnit habere caput hisp. belli Sax. p. 107. Dolens, quod & Principibus in proelio non ad votum cecidissent, vitam, quam per ignaviam eos servasse credebat, eis per saevitiam afferre cupiebat. Nam ut solus omnium Dominus esset, nullum in regno suo Domum vivere volebat. Igitur Principes Saxonie periculum cervicibus suis immoines animadvententes, fœdere se munivere, ut patrios lares contravim injulfam defendenter *Schafnabr.* p. 489. Vnde conflatum fatale illud bellum Saxonum, quod per varia intervalla Germaniam graviter afflixit, Principes semper propendebant in pacem, quam illico restaurare profitebantur, si Rex castella destrueret, nec ulterius restauraret, depredationes amplius in sua terra nullas exerceret. Hisp. belli Sax. p. 110. ap. Freher. Sed Rex in leges pacis aut nunquam consensit, aut promissum elusus, ut in aure dictis conditionibus factum. Castra vero illa deinde non tam jussu Henrici diruta sunt, ut Berthold, *Constantiens.* ap. Vrftif. p. 345. putat, quam Thuringorum & Saxonum hostili impetu *Schafnabr.* p. 471. 500. Fertur enim Imperator a finibus Saxonis discedens dixisse: *Nolle se in Saxoniam redire, nisi eam virtutem contraxisset, qua poset in Saxoniam facere, quicquid sibi libusset.* Quæ Henrici IV. ferocia, qua statum regni publicum everttere ausus est, efficit, ut ipse Guelphus, quem, contra Ottonom ficerum, Duxem Boyarie oreaverat Bertholdi *Constant.* ad Hermannum append. ap. Vrftif. p. 145. *Schafnaburgensis.* p. 495. & huiusimi qui-

## 34 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

que ipsum derelinquerent, & justam discussus causam nanciscerentur.

(d) Henricus V., paternæ cupiditatis heres, VI larico Saxonie Principe mortuo, ejus possessiones, quas Sigefridus Comes Palatinus, vir probissimus, hæreditaria sibi vendicabat possessione, in ius regni conatus est attrahere *Vespergensi ap. Pistorium T. II. p. 169 Broweri annal. Trevi. lib. XIII. p. 9. Seaten. annales Paderb. T. I. p. 678.* In terris Friderici Colonicensis castella exstruxit, quæ tamen ille diruit. *Alberic. ad III. Halberstadtum incendit, Brunivigam expugnat.* Vnde Proceres facili conjectura notantes, ipsum in libertate eorum opprimenda omnem volvere lapidem, pro tuenda illa fœdus icere, armaque in Imperatorem, dominatum molientem induere. Fayentem quidem ab initio experiri fortunam Cesar videbatur, sed cum acie contendere, ad Catulanum seu Welfonis sylvam in Comitatu Mansfeldico, prope Gerbstedt Imperiales, copiæ prostrate & profligatae sunt *Scat. annal. Paderb. p. 628.*

(e) *Broweri annal. Trevi. lib. XIII. p. 25.* Sola ejus in Bohemiam expeditio, æxitati minus aquaqua videtur. Lothario imperante Henricus superbus, defuncto patre, ducatum ejus adeptus, generalem convenitum Ratispona omnibus indixit; quo collecte milite adveniens, quicquid infolenia insituate — ad ejus avres perlatum est, dijudicavit. Discrimina bellorum inter Principes seu Majores terra diu exagitata compescunt, pacem firmissimam omnibus annunciant: Et sic terrorere cunctis incutens, civitatem egreditur, ac villes predonum & prescriptorum per totam provinciam devastat. Verba sunt chron. *Wengart. ap. Leibniz. T. I. p. 786* ex quibus fluit, 1 Magnos Duces habuisse jus indicendi provinciales conventus 2 milites legendi ac bello decertandi, & ordinandi publicam pacem. 3 Status Boyariae fuisse provinciales, nec a Cæsare dependisse, & adeo Principes jura sua sibi reservasse, quicquid interdum Casares contra militi sint.

(f) Conradus III. late patentes Henrici magnanimi sive superbi, ejus in regno æmuli, ditiones ægro conspicari oculo, ipsum parte illarum emungere studuit. Cumque Guelphi sanguinum strenuissimus heros injussis Imperatoris consiliis suffragari noller, illius artibus variisque prætextibus, hostis imperii est declaratus. *Gobelinus Personarum esmodrom. ap. Metbon. p. 269. Aventini annal. Bojaria p. 354. Broweri annal. Trevirens. lib. XIV. p. 370. Scaten. annal. Paderb. T. I. p. 750.*

§. XIX. Nec minus a Friderico I., imperium capeſſente, Principum quorundam suprema potestas attentata fuit, (a)  
quod-

quodque vi non poterat, arte ministra in aedium deducere Henricus VI contendit. (b) Sed Philippus Suevus, Otto Brunsvicensis, (c) & Fridericus II. (d) Papalibus impetiti machinationibus, & contentionibus de imperio implicati, alia cogitare non potuere, nec turbasse eos Statuum jura facile dixeris. Majora quoque, Procerum plororumque potestati, durante interregno, (e) incrementa accessisse, verosimile videtur.

- (a) Quæ de patientia hujus Imperatoris, quam de osculo, papali pedilibato, Signis de regno It. s. p. 62. interpretatur, ea merito fabulis annumerabit, qui sublimem ejus indolem perpendit, & animum elatiorem, quo inductus limitatum quoque designatus imperium, artificia Procerum viribus fundamenta ponere statuit, & successionem hæreditariam evertere annis est. *Lekmanni chr. spirens lib. 5 c. 56. p. 444.* Patrimonium namque Bernhardi Comitis Plozke statibus ejus, uteriperet, opere plurimum studiisque consumit. *Chron. Saxo ad an. MCLXXI. ap. Leibniz, tom. I. access. hist. p. 309.* Maxima ipsi cum Henrico Leone contentio intercessit. De Causis simultatum v. *Otto de Sr. Blasco p. 209. ap. Vrissi. Brow. annal. T. H. p. 67.* *Conrad Rodo. chr. p. 143.* Henricus Leo non satis æquo in Imperatorem videbatur esse animo, non solum quod *Conradi III. filio* sceptris jam destinato, imperium præpereret. *Abr. chr. ad an. 1149.*, & quod Cæsaris studiis terris Guelfonis defraudatus esset; sed & quod tenis suis Cæsar inhibet, ut patet ex *Gobelinii Perso. Cosmed. p. 271. ap. Meib.* Henricus Dux Saxonum D fere militibus ad terram sanctam profectus est; Interim Imperator potioribus quosdam in partibus Saxonie, quibus Dux urbes commiserat, terroribus vel promissionibus secreto circumvenit, & juramento constringit, si forte Dux non rediret, urbes sibi cum terra contradrecent. Quæ deinceps causæ sint, leviores fuere, quam ut obinde feudis imperii privaretur. *Arenpeck de Guelfis ap. Leibniz, T. III p. 673. Hist. Henr. Leon, ap. Meibom, T. I. p. 430.* Quæ deinde ipsius invidis prædæ fuerunt *Gelenii Admirata Colon. Agric. p. 75. Scat. annal. T. I. p. 28.* Rigori ejus annumerandum est, quod Comitem Palatinum ad portandum canem, pecuniam alias non nisi nobilibus, ministris vel colonis imponi solitam, adegerit. *Otto Frisi. L. 2. de gest. Friderici. Guntherus in Ligerino L. 5. Arnoldi Lubec. Kuroegesay* hanc pecuniam militarem vocat. Simulavit quidem Imperator, ad meliorem redire frugem *Lekmanni chron. spirens lib. 5. c. 58.* Videatur tamen priores animos non penitus deposituisse; licet non omnibus, quæ

## 36 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

Bonfinius *rer. Hungar.* decad. 2. lib. 6. p. 266 habet, subfcribam. *Emmanuelem* inquit ille, & *Fridericum Aenobarbum*, simul illa tempora protulere, impetate, perfidia, & crudelitate pares, utpote quibus nihil tunc seva tyrannide videbatur antiquis. Interea Principes jura superioritatis exercerent non destiterunt. Ut exemplum aducam, Bertholdus IV. *Zwingia* Dux liber legislatoriam exercuit potentiam, atque *Fribargo a se condito ius scriptura dedit*; & ut frequentius coleretur multa privilegia, induxit, qua a. 135. *Fridericus confirmauit*, Fr. *Gustiman*, dreb. *Helvetior. L. III.*, c. 9. Nec dubium est eximios Principes idem factasse, & similia iura exercuisse.

- (b) Henricus VI. Principibus persuasit, ne amplius electio fieret, sed ut semper la sauginis successione Imperium conferreteret. Consilia enim combinata, a patre ad filium transmissa, facilius dominatum parere poterant. Pauci erant, qui resistere possent, Bavaria & Saxonie deartuatis, & in partes dissecatis. Ad inclinandos in suam partem Principum animos, regnum Siciliae, Calabriae, ducatum Apuliae & principatum Capuae cum Imperio Germanico unire constituit, & concedere, ut ubique mulieres masculis deficiensibus in hereditatem succederent. Sed res effectu caruit. *Magn. Chron. Belg. ap. Merbom. p. 203. Gobel. Persic's mon. ap. Merbom. T. 1. p. 275.* Instrumentum, ad quod provocat ap. *Goldast. tom. 1. p. 281. const. Imp. ex chro. Belgic.* & *Conrad. Ursperg. confarcinatum videtur.*
- (c) Otto Brunsuicensis numero fuit herorum laudissimorum, qui unquam Germaniae gubernacula tenuerunt, pacis & iustitiae fuit amantissimus, & omnia cum Statuum consensu peregit:
- (d) *Magn. Chron. Belg. p. 207. seqq. Urspergenus ap. Pistor. T. 2 p. 239. & 249. seqq.* Fridericus Saracenicu expeditione occupatus fuit. *Albert. Stadens. ap. Kulpis. p. 305.* Huic Imperatori perversam de religione tribuunt opinionem *Albert. Chron. MCCXXXIX. Virus Duaren. T. 1. access. Leibniz. p. 10. Magn. Chron. Belgic. ap. Pistor. T. 1. p. 223. Gobel. in cosmogr. ap. Merbom. T. 1. p. 273.* Sed haec a Clericis in odium Imperatoris esse efficta vindicentur.
- (e) *Magn. Chron. Belgic. ap. Pistor. p. 242.* Incrementa nonnullorum iura ceperunt interregni magni tempore videntur. Interim crassi, ut ut vulgatus est error, eorum qui ab interregno ortum potestatis Principum territorialis deducunt, & ad haec tempora, tanquam ad aras & asylum inficitiae, profugunt. Quod quam verum sit, ex supra dictis constabit. Exercere nempe iam dudum antea ius belli & pacis, exemplo Ottonis Illustris *Wittk. L. 2. annal. p. 634.* Exercere ius circa sacra, exemplo Ducis Bavar. *Henrici Leonis &c.* Jus habuere foedera pangendi, legatos cum caractere representativo mit-

mittendi *Chron. Varferensis Monast.* ap. *du Chesne*. Et foedera publica cum March. Misn. & Duce Boyariae Otto IV. inicit. *Infr. v.* ap. *Mader*. p. 125. *Antiq. Brun.* Henricus Auceps leges. de Gerada tulerit, tanquam Dux Saxonie, Habuere iuris cuendii monetam vid. Ludewig von Münchhausen der mitt. *len Zeiten* Fridericus II. de *Juribus Principum* secul. ap. *Schüter*. p. 119. tom. 2. f. 16. pollicetur nolle se cudere monetam, per quam monetae Principum deteriorerentur.

**S. XIX.** De reliquorum Augustissimorum Imperatorum indole vel tribus verbis monuisse sufficiat, quia æquanimi plerique & justitiae propugnatores fuere. Rudolphus enim Habsburgicus in mediocritate rerum, quas fortuna tribuit, imperio admotus, parum molestiarum Ordinibus incussum; a quo in eo discessit valde attentus ad rem filius Albertus (a) quod Johannem fratris filium patro ducatu privare voluisse dicatur, (b) & Adolphus, ante ipsum imperio præsidens, quod in juribus Statuum turbans fuerit proclivior. (c) Sed Henricus VII. Princeps justus ac pius bello etiam Italico occupatus, (d) inturbatos reliquit Proceres. (e) Ludovicus ab æmulo Friderico Austriaco atque Papali fastu inquietum habens imperium, (f) & Carolus IV. nihil forte iniqui moliti sunt, nisi quod alter in eo, quod in Rupertum statuit, fraternalum amorem violasse, (g) alter impetu in Wurtenbergenses, (h) & vastatione electoratus Brandenburgensis i) fundamentalia pacta transgressus videatur. Ad justas autem æque, ac injustas expeditiones, ut ineptus esset, Wenceslaus, sordido sane otio, ac commessionibus totus immoriens, efficit. (k)

(a) *Alberti Argentinensis chron.* ap. *Vrffis*. p. 111. Negotia etiam quedam cum Electoribus Ecclesiasticis habuit annal. *Colmar*. ap. *Vrffis* p. 35. & Adolphi vestigiis in acquirendo marchionatu Misniæ ( Landgraviatu Thuringiæ ) inhaedit. *Albertus Argentinensis*. ap. *Vrffis*. p. 112.

(b) *Rer. Memorial. paralip.* ap. *Pistor*. tom. II p. 262. *Alberti Argentinensis chron.* p. 114. ap. *Vrffis*. *Gerardus de Roo lib. II. annal. Austr.* p. 20.

(c) Ab ejus electione multi abhorruere Principes, agentes, sæcum esse Adolphum avarum & vicinis gravem *Gerard. de Roo L. 2. annal.* p. 52. Assertio illa omnino.

## 38 CAP. I. DE ORTV AC PROGRESSV POTESTATIS

- no aliquidex vero habuit. Non enim tantum Albertum Austriae ducatu  
privare conatus est *Rer. memorat. paralip.* ap. *Pistor.* p. 260. sed & in pra-  
judicium legitimorum filiorum Alberti Landgravii Thuringiae, cum patre in  
filium notum opitum plus justo propendente, de Landgraviatu pactus est  
*Gerardus de Roo annal.* L. II. Provincis, ad oppimendos Proceres, praesides  
imposuit *rer. memor. Paralip.* ap. *Pistor.* T. II. p. 260. Nec iuste monenti-  
bus Principibus, ne potentiam in Ordinum jure violanda detorqueret, mo-  
rem gerere voluit. Unde regno illum esse abdicandum, in Comitiis Moguri-  
nius pronunciatum est. *Magn. chro. Belg.* ap. *Pistor.* tem. I p. 271. *rer. mem-  
or. paralip.* l. c.
- (d) *Rer. memorab.* paralip. ap. *Pistor.* p. 267. In hac expeditione a Monacho  
Florentinorum aere aut artibus corrupto per hostiam toxicatam extinctus fer-  
tur. *Albert. Argent.* p. 110. *Albert. de Roo annal.* Austr. L. 2. p. 76. *Balbi-*  
*nus Epit.* rer. Bohem. lib. III. c. XVII p. 139. *Paralip.* l. c. quod tamen vece-  
ris ap. *Vratisl.* p. 73 in dubium vocat.
- (e) Nam *autor paralip.* cum vocat vitrum pacis, iustum, pium, sanctum, & mansue-  
tum, neminem offendentem sine causa. *Albert. Argentinensis;* *Etiam perire,*  
inquit, p. 110. ap. *Vratisl.*; *columna magnanimitatis* & *justitia ac flos germi-*  
*nis Germaniarum Vid.* quoque judicium. *Benevenustus Italici* ap. *Fricker tom.*  
II. p. 14. & *Brotius annal.* *Trevir. lib.* XXII p. 195.
- (f) *Albert. Argentin chron.* ap. *Vratisl.* p. 20. seqq. *Nicol. Burgund. hist.* *Ludovic.*  
*Bav.* operam commodante Brunnero, ut videntur, scripta. *Cuspinianus in tra-*  
*tacius.* *Gerard. de Roo annal.* Austr. p. 277 seqq.
- (g) *Henrici de Rebdorf. annal.* ad ann. 1314. ap. *Fricker.* p. 408. *Tolneri historia*  
*Palatina* p. 46.
- (h) *Carolum IV.* quidnam ad invadendum ducem Wurtemberg, commoverit,  
ab *autor. Paralip.* p. 275, prolatum reperio; nimiam scilicet civitatum Su-  
viae actionem & fecundus cum Austria Ducibus sine exceptione Imperatoris  
initum. *v. annales Rebdorf.* ap. *Fricker.* p. 451. Adde bellum cum Austriae  
Duce gefutum *Lehm. chron. Spir.* L. *v. c. XXXV.*
- (i) *Dubravitus hist.* Bohem. L. XXII p. 180. ap. *Fricker. Script. Bohem.*
- (k) Vnde ob inertiam imperio est abdicatus. Acta depositionis vid. *Part. I. appa-*  
*ratus iuriu publ. per Obrecht, collect.*

§. XX. Rupertus haud diu superstes, infructuoso in  
Italia bello occupatus, & Sigismundus Turcarum & Husitarum  
motibus, Imperatoris sepe adversis exagitatus, (a) æquitati stu-  
dentes Germaniam pacatam optarunt. Albertus imperium sal-  
tem degustavit, (b) Fridericus III. (c) pacis & otii studiosissi-  
mus

PROCERVM IN IMPERIO FRANCO GERMANICO. 39

mus fuit, æque ac Maximilianus, (d) qui Helveticæ & Italico fatigatus bello, in pace cum Ordinibus vivere cupivit, quo fecurius de impetranda Papali dignitate cogitaret. (e) Carolus V. tot terrarum Dominus, sub prætextu religionis, Germaniæ dominatum meditatus est. (f)

(a) *Benevenutus de Rambaldis in libro Augustalis ap. Freher. Gerhard. de Ros annal. Austriae. lib. IV. Dubravensis hist. Bohem. lib. 26. 27.*

(b) *Gerhard. de Ros annal. Austriae. L. 5. p. 164.*

(c) *Benevenuti de Rambaldis liber Augustalis ap. Freher. T. II. p. 15.*

(d) *Interior in iura imperii Procerum peccasse videtur, quod Alberto Bavaro affini contra Rupertum Palatinum, Georgii Bavariæ Ducis generum, & ex testamento haeredem, opem tulerit Vid. Triitem. hist. belli Bavariæ ap. Freher. rer. germ. tom. III. p. 95. seqq. Nam principes Germanie de territoriis suis testari posse, nisi pactum oblet, asserit cum aliis Vitriar. L. 3. I. p. lib. 20. §. 17.*

(e) *Goldaßs Rechtsabhandlung p. 96.*

(f) *Lambertus Hortensis Montfortius de bello Germanico ap. Schardium T. II. p. 442. seqq. Nicolas Barbati oratio de expulso & restituto Duce Wurtembergensi Vlisco ap. Schard T. II. p. 385. seqq. Carolus V. tot successibus elatus, arridente fortuna, occasionem arripuit, in peri, cuius ipse pars erat, sibi suis que proprio jure asserendi. Thuanus L. 2. Hist. P. 1. p. 47. edit. Franc. in 8vo Puff. de reb. Suec. L. 1. §. 6. Nec Ordinibus virtio veriti potest, eos arma defensiva in Cesarem corripuisse, quicquid etiam Sacerdotes nonnulli. Status Imperii nostri imperii, obloquantur ap. Hortseder, de causis belli sub Carolo V. part. 2. lib. 1.*

§. XXI. Ferdinandus I. & plerique ab ipso descendentes, omnia laude majores, tranquillitatem semper & justitiam fuere additisimi, præterquam quod minuenda reformatæ religionis ergo sub Rudolpho & Matthia fuit perpetratum, & quod pater eorum Maximilianus II. Princeps cetera optimus, in Ducem Ioh. Fridericum juniores ultra modum rigidum se se gesserit. Sed Ferdinandus II. Papalibus dogmatibus nimium quantum deditus, & religionis & regionis arbitrium imperii Proceribus extorquere allabovavit. (a)

(a) Puff. rer. Succ. lib. 1. §. 44. Lundorp. tom. 3. p. 890. seqq. Theatr. Europ. p. 106.

§. XXII.

§. XXII. Hæc sunt, quæ de origine & perpetuatione potestatis Principum regni Francici & Imperii Germanici, quantum ex mediæ ævi obscuritate protractimus, lubuit ediscerere. Illustrare hoc argumentum penitus exhaustire, res est integrorum voluminum. Preammittenda tamen hæc idcirco fuere, ut futilitas patescat opinionis eorum, qui non nisi per usurpationem jura territorialia Principibus competere, & recentioris ævi esse fœtum, asserunt. Quo remoto præjudicio, ad ipsam demonstrationem supremæ potestatis, & si dicendum quod res est, Majestatis Principum, sine mora nos accingimus.

## CAP. II.

IVRIVM MAIESTATICORVM  
PROCERVUM IMPERII ASSERTIO.

## §. I.

**M**Aiestatis vocabulum nonnunquam in sensu usurpatum grammatico, pro qualicunque præstantia vel auctoritate, (a) interdum in sensu curiali, pro dignitate & eminentia, quæ in ceremoniali, ut vocant, aliquem habet effectum; (b) Nobis autem denotat: Facultatem moralem cuncta civitatis (c) pro iubitu regendi, (d) in quantum pactis non est circumscripta.

(a) Hunc habet significatum, si Praetori Romano Majestas tribuitur *L. 9. D. de iuriid. Tali modo & in autoribus classicis occurrit. Binius de Super. territ. §. 3.*

(b) *Grot. de Iure Belli & Pacis lib. 1. co3. §. 19. n. 5.* In hac significatione rebus publ. & Germaniae Proceribus hactenus Majestatis titulus est denegatus. *Pre-*

## PROCERVM IMPERII ASSERTIO.

41

Proceribus tamen Imperij a Regibus exteris non unquam tributus est. In Bibl. Regia Hanoverana copia litterarum Persicæ Regis assertatur, in qua hodierni Borussiae Regis avum Majestatis elegio compelat. Quo Majestatis viu-lo Hencim Ducem Bruns. & Luneb., insignitum esse celebri, Hardt assert in Actis concil. Confabant. part. i. tom. I. Imperatores nostri hunc titulum etiam Galliæ aut Hispaniæ Regibus inviderant Puff. rer. Brandenburg. L. II. p. 62; ipsi tamen ab omnibus illum sibi tribui postularunt. Nihilominus in actis Comit. Ratish. de 1473, dicitur: *Fürsten und Herren so legt bey seiner Räysel Gnaden — lassen seine Gnaden sich solches Anbringen gefallen.* Et postea Majestatis titulus ab Imperatoribus aliis etiam Regibus est adscriptus Pfeffinger ad L. I. Tit. 10 §. 9. Verr. Inst. I. P. n. 8. Spectant hoc quæ in commentariis (Memoires) & negotiacionibus reconditis, pacem Westphalicam concernentibus, in litteris Plenipotentiarioribus ad Dominum de Brienne p. 286. habentur: *Nous estimons que leurs Majestés auront entière satisfaction de cet' ajustement, n'ayant point encore connoissance, que les Empereurs, écrivant à nos Roys, leurs ayant donné jucquesse de la Majesté, Brandenburgensis Elector, nec Suecorum, nec Gallorum Regi Majestatis titulum se concessurum profellus est, nisi vicissim ille Serenitatis appellations salutaretur: Gallis vero, prætexta causa, illud nec Regibus a suo Rege dari, in id consentire nolentibus, temperamentum Brandenburgo placuit, ut si Rex Electorem Serenitatis aut Celsitudinis elegio ornare noller, fratrem ipsum saltē compellaret. Puff. rer. Brand. I. e. p. 61. Luning. Syllage negor. publ.*

(c) Vid. *Grotius de LB* C. P. L. I. C III §. 6. *Hertii prudentia civilis part. I. Sect. VI. §. 3.* Hoc sensu Majestatem in diplomatis, in superioritatis civilis signum, Pontificis, Archiepiscopis & Principibus æque ac Regibus esse tributam, forte arbitris. Wilhelmus Comes Luzelburgensis in epistola ad Brunonem Archiepiscopum Trevirensem: *Id non sum neficius, inquit, Majestatem culminis vestri graviter commovisse Brovver. annal. Treuirens. P. II. lib XIII. p. 18. Conf. Mabillon de re diplom. L. II. C. 7.* ubi assert exemplum de Hugone Campania Comite a. IIII, qui ait: In litteris, quas Majestatis nostræ sigillo confignati feci. Alia ex Hojero de scripta habet *Irenic. Burgoldens. P. I. p. 132. Ord. Politica* quam Ernestus Elec-tor & Albertus fratres & Duxes Saxonie a. 1481. sancivere, hanc clausulam continet: *Vnd zu Gedächtniß diese unsre Ordnung und Sa-zung auf pergamen schreiben/ und Unser Majestät Siegel dran-henden lassen V. Schiltz de Jure obs. c. 2. §. 6. ad h. l. Rex quoque Borussia & Elector Brandeb. sigillo majestatico uititur, & diplomatis publicis*

F

## 42 CAP. II. JVRIVM MAJESTATICORVM

publicis subscribit mit unsern Churfürstl. Majestät Insiegel bekräftiget/ quale sigillum Electoris Moguntini ut Directoris legatus in comitis 1688. agre admisit. *Vid. Pfeffing. L.c.* Sed nec ubique Principes omnia regendi facultatem Majestatis eloquio significarunt, qui sunt regna ubi sero admodum haec vox adhiberi coepit. Sic in Portugallia ante Sebastianum ignota fuit. *V. Catalogus Regum Hispaniae Madriti impressus fol. 78. inf.* Alii putant, in Sebastiano hoc spectare ad Majestatem in sensu curiali acceptam, utpote cui a Philippo II. primum in convenienti Guadulipensi, in hoc significatu sit data. *Conf. Sebastianus de Meso in expeditione Sebastiani Africana lib. I. fol. 32.*

- (d) Ita ut actus ejus alterius voluntatis humanae arbitrio irriti reddi non possint. *Grotius Lc. §.7.* Independens enim est Majestas, alias, si dependeret superiorum habetur, nec esset summa, nec posset sequi voluntatem.
- (e) Licet Majestas in terris non agnoscat superiorum, contra Hucinum tamen & Hobbesium, non illimitata est; alias satius fuisse civitati unitus se non subdidisse arbitrio. Deinde illimitata potestas fini civitatis, qui est ut bene beataeque cives vivant, & juri nature contrariatur, quod vult, ut omnia agantur juste, ad quod & Princeps, quia homo est, obligatur. Quando vero adulatores contra argumentantur, limites statui recip. & auctoritati Principis adversari, hoc & falsum est, quia nihilominus illimitata imprudentiam intelligitur potentia ratione subditorum, qui iuri resistendi renunciarunt; Et inverti facile potest, quod proflus illimitata Principum potestas vitis pulvinis substernat. Terminatur igitur a Deo per leges nature, & a fine societatis civilis, quo actiones circumscribuntur. Terminari potest a subditis per paecta, quae dantur etiam inter impares, nec esse Regem cui non fundamentalibus ejusmodi pactis sive legibus regnum deiceratur assertum. *Hordeler in excerp. ex Sleidan. ap. Aruum n. 4.* Leges sub quibus pristinis temporibus Boyorum Principi respubl. administranda tradita est. *Vid. ap. Avent. annal. Boy. L. III. p. 175.* A Polonis leges illæ paecta conventa appellantur *Hartknoch. de republ. Polon. L. II. c. 2.* Hobbesium monarchicis principiis plus justo addictiorem, pacta cum imperantibus subditis intercedere posse negantem, refutavit iam tum *Puff. L. 7. c. 2. §. 9. seqq. de l. N. & G. Huberus dejure civit. L. I. C. 4. p. 42.*

§. II. Teutonici imperii Proceres (a) Majestatis, sive supremæ potestatis civilis, esse participes, prout cum Imperatore in comitiis sunt congregati, (b) etiam ab iis, qui superioritatem territorialem saltem analogon quid summæ potestatis esse contendunt, (c) statuitur. Nos, salva tamen ubique & semper nobis

nobis sancta Imperatoria prærogativa, veram quoque Majestatem, jus illud territoriale admittere existimamus. (d)

(a) Qui præter quam quod bona imperii immediata possideant, voti & sessio-  
nis in comitiis sunt participes. Non ergo Civitatis imperii iura terri-  
torialia denegamus, ipsi per *infrum. paci art. 5. §. 29* & *art. 8. §. 4.* con-  
firmata. *Adde Myller, in Archologia C. XVIII, p. 1666. seqq. Rhetor insti-*  
*juris publ. lib. 2. tit. 2. §. 40. p 343. Kulpis ad Monzamban. C. 12. §. 22.*  
*Schizium I. P. vol. 1. Excess 8. thes. 23.* Nobiles autem immediati an-  
iisdem utantur iuribus controversia est obnoxium, quam decidete nimis  
longum forer. Vid. *Rhetor lib. I. tit. XIX. §. 17. Schrueder Pars Spec.*  
*Sec. II. p. 701. Virriar. L. III. tit. XV. §. 2.* Si ut olim, votum & sessio-  
nem in comitiis exercerent, nemo superioritatem territorialem illis compe-  
tere, in dubium vocaret *Schrueder lec. C. XVIII. §. 5.* Leibnizius de Su-  
prematu Principum Germ. c. XI. & XII. Principum potestatem suprema-  
tum vocat, si ea pollicant præstantia opinione, quæ apud exteroros auctor-  
itatem possit conciliare, si confitibile possit exercitus, legatos, cum ca-  
ractere representativo mittere, ad superioritatem vero minorem potentiam  
requirit. Est quidem jus sine potentia miseria, & auctoritate destituitur,  
cum sola de alterius præstantia opinio conciliet auctoritatem, prout non  
nemo Fürstenerium defendit. Sed eo nonobstante, confundit hæc distinc-  
tio jus & exercitium jurium, Comitibus Abbatibus &c. cum Elektoribus idem  
jus est, sed quia major deest potentia, ut copias conscribere formidandas,  
aut legatos mittere sepe nequeant, iurafus non exercant. Deinde distin-  
ctio illa duas superioritates constituit. Nec fundamentum habet in LL.  
fundam. Imo est contra pacem Westphal. art. 8. ubi æqualiter omnes po-  
tentatu gaudent, licet iura non exercant. Denique qui minus habet  
territorium, minorem tamen non habet potestatem, quam quiregit amplissimum,  
quia imperium summum magis a potestate in cives, quam terri-  
torio dependet.

(b) Vid. *Virriar. insti. iuris publ. L. III. tit. XV. §. 7.* Proceres imperii cum  
Imperatore Majestatem habere communem, imperii sponzionibus, quas &  
leges vocant, affatim expressum est. *infr. pac. art. 8. §. 2. capit. Caro-*  
*lis V. art. 7. art. II. Ferdinandi I. art. 6. 8 & 10. Maximil. II. art. 4. Ra-*  
*dolphi II. art. 6. 10. Matthia art. 6. 8. II. Ferdinandi II. art. 6. 8. 9. Ferdi-*  
*nandi III. art. 7. II. Ferdinandi IV. art. 2. 7. II. 13. Leopoldi art. 2.*  
*10. 12. Josephi art. 10. 12. 13. 15. Caroli VI. 2. 4. 10. 16.* Ajunt vero: Ex  
quo Principes nostri Comitiis aedele cessant, Majestas corum perit. Sed  
hem! quid sit tunc de facultate ista, perget ne ad Imperatorem, an omnino  
definit

## 44 CAP. II. JVRIVM MAJESTATICORVM

definit existere? Si quicentibus Comitis Imperator solus est Majestatis subiectum existentia; ex mixto monarchie formabitur status, & sic per intervalla modo formam monarchiam, modo anomalam videbimus. Si omnino desinit, sine dubio voluntat ad auras aethereas, non nisi forte per miscaculum reversura, & sic salteri dimidiari in Imperio habebimus Majestatem; quod tamen est impossibile, cum Majestas ut immateriale quid, si indivisibilis, & extra subiectum non possit subsistere. Deinde quamvis Majestas sit qualitas moralis persona inhaerens, territorium tamen in imperio nostro est objectum ejus, & causa sine qua non, ita omnem Majestatem, quam in Comitis habent, intuitu territorii habent, & respectu partis Imperii, qua iis regenda competit.

(c) Ita opinantur plerique, & modo potestatem summa emulam, modo summum post Imperatorem regimur vorant, & aliae cogitant nomina Christophe Mingius de Superioritate p. 942 Freyer de Superior. territ. in volum. Basili. & G. A. Struv. in vol. I. diss. Fritschii. Ludolphus Hugo C. III. De statu region. German. Henniges diss. de Superior. territor. meditari ad infra pacis inferta, qui acu rem se tetigisse putat, effectione novi alicuius entis medi, conflati e jure Magistratus Rom., & summae potestatis, ad quam accedat, sed supra se admittat. Reinking. de regim. secular. & eccles. lib. I. Clas. V. p. 106. Vitriar. lib. III. tit. XV. § 7. Schröder. part. spec. sect. II. C.X. p. 692. cum reliqua fere auctorum cetera.

(d) Mecum omnino sentit Mylerus C. 36. de Principibus & Statibus imperii n. 1. ubi territoriale jurisdictionem, summum illud ac vere Majestatum jus vocat. Imo Rhetius & Cocceius summam potestatem Principibus adscribunt, dum prior Lib. II. Tit. 2. 1. p. Status, inquit, Imperii in subditos territori sui plenum habent jus, nisi qua pactis cum subditis, vel legibus publicis restrictio doceri possit; posterior autem in jure publ. C. XXI. § 7. superioritatem territoriale describit summam quendam potestatem, certo territorio cum iuribus regalibus salvo jure Imperii immediate competentem. Nec Vitrianus plane ab hoc dogmate alienus videtur, qui superioritatem definit: potestatem Statibus imperii in suis territoriis competentem, ubique nisi quatenus vel lege, hoc est pacto imperii vel conventione scil. cum subditis prohibetur. Concedit idem l. c. n. 8. Principes in suis territoriis omnia liberim facere, ut sua administratio non cogantur rationem reddere. Luculentius Principes in territoriis suis habere Majestatem, Magerus de advocacya armata C. 6. n. 84. p. 205. ita assert: Quin mox omnes praecliti Duces, Marchiones & Comites respetu subditorum suorum Majestatem habere dicuntur. Ejusdem sententiae est Rusdorf in vindictis Palatinis c. 23. p. 298. Et Rolfson & pet. tr. De summa potestate Principum germ. in 12. tali forma, quali styllo usus, Diserte etiam

etiam illis *Thomassus de iustitia oppositione iurium Majestaticorum Super. terr. & Reserv. omnia regalia majestatica, & characterem Majestatis vindicat, quod liberi sint ab omni imperio proprio sic dicto, nec quamquam praeceptor Deum agnoscant.* Ipse Imperator Electoribus, a quibus Principes non posse separati legatio Ncoburgico Palatina in conuentu Bilefeldiano 2621 propagunavit. Majestatem tribuit. Promittit enim in *Capit. Leop. & Joseph art. 5. Caroli VI. art. 2.* se praecedentiam concedere velle Electoribus pre Rebus publicis, qua tamen, cum actus eorum territoriales nulli subsint, Majestatem habent, secus ac aberrat *Horn. L. 3. de rep. c. un. p. 693.* De litem hac Electores inter & Respubl. v. Puffend reu. Brandenburgic. lib. II. § 23. p. 64. Cessisse Electoribus Resp. exempla collegit Steffens *Hoff Ceremonie. P. I. cap. IX.* Imo Dux non Electoris Bavariae legatus in concil. Trident. Pallav. L. 17. concil. Trient. c. 4. Dux Juliacensis legatus in conuentu Bilefeld. 1671 *Diar. Europ. Con. 22. Vener.* & federati Belgii legatis cedere resuere: Iam vero Proceres nostros, & praecedere, & ab Imperatore Pio & Iusto praferri Rebus publicis, qui omnia jura majestatica regia exercent, adeo Regibus æquiperantur, haud æquum foret, nisi ipsi jus supremum majestaticum competetet. Silco insignem exultationis apud Cesarem notam, quod coram ipsis caput tegant, quod ambassiadore Electorales eadem libertate utantur, & secundum *Capit. Caroli VI. art. 3.* omnibus & singulis Electorum legatis primi ordinis; aequales cum Regi honores tribuantur. Electores Regibus parcs dicuntur, nec ipsis in actibus ad Imperiale curiam spectantibus loco cedunt. A. B. c. 6. & ad illud *Linnæus obs. 6.* Vid. omnia *Wicquefort. de l' Election de l' Empereur c. 9 p. 118. & 119.* Exinde Principes nostri non male a Baldo Reges vocantur, quod nec antiqui auctoribus iniuriatum fuit. *Wippo namque in vita Conradi Salices ap. Pistor. T. I. p. 436. Ernestum Allemannia Ducem Regem appellat.* Ipse Imperator Maximilianus & Carolus V. Regibus se presidere gloriati sunt. In aula Turcica Purpuratorum Princeps Gallico legato, eodem cum legato Imperatorio honores denegabat, quod Princeps hujus Regum esset caput. *Chardini itin. Pers. edit. Lond. p. 23.* Accedit, quod titulus ille DEI GRATIA, quem a longis temporibus usurpasse Principes nostros exemplis ostendit quam plurimis *Hert. De Superior. terr. §. 86.* nota sit absoluti imperii, quodque a nemine, nisi divina gratia sunt dependentes. Videtur quidem ab initio præsertim ab Episcopis, titulus ille non in signum potestatis, sed extenuationis exhibitus, si verbi causa in *Bulla Elizandi Episcopi Laudunens. ap. Doubtet. legitur: Non meo merito, sed gratia Des præveniente Pontificatum obtuso.* Sed cum & Principes Imperii titulum hunc nomini præponerent, du-

biuum haud est, cundem plenitudinem potestatis, & quod immediate a Deo essent, significasse, prout iuxta historię seriem sentit Boecler de auctoritate Regis p. 24. formulam hanc ad significandam potestatem nemini obnoxiam usurpari ceperisse. Nec dubium esse, iustissime Principes ea uti, quia, quicquid obloquatur Lynker, iura majestatica quisquis in provinciis habet. Eatenus Gerdesii vera est sententia, istud **von Gottes Gnaden** usurpare Principes, ut proprietates suas soli Deo acceptas ferrent, indeque illas non ex Caesarum induitu aut privilegio, nec ex jactantia, sed ex prioco iure titulum illum in argumentum libertatis retinuisse. Nec Carpzovii in contrarium aliquid facere poterit auctoritas quippe rerum germanicorum imperiti, si cap. III. de lege regis set. XIII. n. 6. scribit, Principes illo axiomate non jure proprio, quippe qui superiori agnoscant, sed ex privilegio, observantia, & consuetudine immemoriam, adeoque ex patientia Caesaris usos esse. Erga Imperatorem quidem titulum hunc non usurpant, nec in numero multitudinis scribunt, sed ob hanc curialia supremam potestatem iis denegare, non valeret consequentia. Exhibere quidem eos Imperatori reverentiam non nego, ut fierisoleat in foedere inter quali, sed hoc eorum non imminuit Majestatem Gratius L. I. c. III. §. 21. cum placere possit Principi, ut titulum suum erga alium non usurpere ipsam habeat. Præterea his opus non est, quia Imperator ipse in **den Handschreiben** ad Principes nec titulum **von Gottes Gnaden** nomini Augusto præponit.

§. III. Ut exacte & plene intelligamus, quæ nam sit Principium nostrorum in territoriis suis potestas, singulas Majestatis operationes, quas partes potentiales vocant, eis accommodabimus. (a) Media igitur quibus Princeps salutem populo procurat, vel intrinseca sunt, quæ vinculum inter imperantem & parentes respiciunt, vel extrinseca, & ratione externorum adhibentur. Illa sunt vel ecclesiastica vel civilia. Ante omnia enim oportet, ut cives religione imbuantur, & recta de Deo sententia, cuius metus noxias eorum inclinationes corrigit. (b) Hinc ad Principes cura sacerorum spectat, (c) quibus præcipue allaborandum est, ut sacerdotes constituantur, non avari, non luxuriosi, non rixatores. Quod si vitiis laborent, reprehendendi, si inemendabiles, ut turbatores e republica ejicendi, quo & cura circa bona ecclesie spectat. (d) Deinde Principes

cipes circumspiciant oportet, quorum est regio, ut religio externa ad decentem ordinem redigatur, prolapso restaurentur, dogmata reip. noxia proscribantur. (e) Vnde jus conciliorum convocandorum, (f) & legum ecclesiæ ferendarum propul-lulat. (g)

(a) Vitis indicis quibusdam majestatis, ex inductione omnium regalium paten-ti, omnia iuxta majestatica, ubique a Statibus imperii exerceri, quæ pri-mo ad Majestatem, deinde ad Principes nostros pertinere declarabimus; quo ipso Procerum Germanie supremi in terris eorum elucescat potestas atque Majestas. Regalia a superioritate territoriali, tanquam partes a to-to potestet, distinguunt Rhet. L. 2. tit. 1. I. P. §. 11, quo sensu regalia fisci aut jura, quibus Principes ratione exterorum gaudent, intelliguntur, si §. 9. art. 8. I. P. superioritatē contradistinguntur. De regalibus majestaticis præ-ter ea quæ docuit Nicol. Hert. Diff. De Superioritate territ. & ea quæ in sy-stematicis & compendiis iuris publici Germanici habentur, integri extant tractatus, quorum numero sunt Sixtini Einsideli, Boceri, Bruckmanni, Zie-gieri compilationes: V. Lipsiæ biblioth. jurid. p. 446.

(b) De jure circa sacra præcereris videndi Thomasius ad Monzambano c. lxx. n. 6. p. 402. Id. im Recht der Evangelischen Fürsten / Hobbesii Leviathan p. 60. Gerhardi de Notha oratio de religione in imperio libera Paf-fendorf. de habitu Religionis ad vitam civ. Deducitur ex fine civitatis, salute publica. Religio quidem, tanquam opus internum conscientiae non in potentia imperantis erit, jus tamen ejus in actiones, sub prætextu religionis commissas se extendit. Habet jus in coetum ecclesiæ tanquam societatem, in quam ejusdem religionis homines coivere, & tanquam collegium, quod insituit in rem publ. Vnde fluunt iura Principiis de quibus in progressu ulterius sermo erit. Non de industria quidem, sed paucis saltim de jure circa sacra secuturis observationibus.

(c) Non dubitandum, jus factorum eodem, ac regalia secularia, modo Principi-bus ab antiquissimo anno competit, ita ut graviter impingat non nemo affe-rens, libertatis Ordinum Germanie ne vestigium quidem ante tempora des-identis Carolingicæ stirpis existare, & invehitur in eos, qui per transactionem Passavensem, pacem religiosam, & instrumentum pacis Ordinibus suis sum-mum circa sacra restitutum afferunt, quod tamen antea non habuerint. Sed ut omittam alia, huic ipsa instrumentum pacis verba art. 8. §. 1. mo-dum ponunt seqq. *Et autem provisum sit, ne post hac in statu politico*

CONVIVI

controversia suboriantur, omnes & singulis Electores Principes & Statuta imperii Romani in antiquis suis iuribus prarogativis, libertates, privilegiis, libero juris territoriali, tam in ecclesiastici quam politici — vigore hujus transactionis ita stabiliti firmatisque sunt. Vestigia autem superioritatis ecclesiasticae ante decessentem Carolinam familiam extare ex cap. I. liquet, ubi Thassilionem, utut Francis juramento fiducario adstrictum Episcoporum curas constitutionem legitur. Postquam deinde sub Francorum praesidio, Germania christianam religionem induit, publice antea nondum receptam, antiflum electionem & regimen, ut & factorum externorum curam, Germania Reges sibi sumerunt. Tum maxime cum Germaniae Proceres avitam a Francorum jugo recuperarent libertatem, haud dubi singuli vi iurium territorialium, suffragante populo, factorum ministros constitueri valerunt. Liberum tamen iis itidem fuit, ex pacto expreso vel tacito veluti aliquam juris publici servitutem capiti suo hic in territoriis relinquere. Henricus V. Papae Calixto II. juramentum violanti, tandem Episcoporum investituram per baculum & annulum (qua sepe investitura in inst. iuris publ. L. 2 T. XIII. p. 102. Nihilominus post concordata ista Episcopi ab Imperatoribus sunt constituti. Ex eo enim tempore Lotharius II. Noribertum Archiepiscopum Magdeburgensem ordinavit, & postmodum Conradum a Capitulo Magdeburgensi electum confirmavit. Eodem iure in Friderico, Conradum proxime subsequente, Conradius III. usus est. Haud aliter Fridericus I., cum Capitulares de eligendo Episcopo in unam coire sententiam tardarent, ipsius Archiepiscopum Wichmannum dedit. Leuber. Stat. Magdeb. Inquit. n. 107. Idem Moguntiam Conrado ademant Christiano curiae sua Cancellario tradidit Sigon. de regno Italiae L. 13. p. 587. edit. Bonon. Eundem Colonice quoque Archiepiscopum constituisse ex eo patet, quod in pace cum Alexandro II. ut facram ejus iram paululum leniret, olim Cancellarium in Archiepiscopatu Colonensi per Papam comprobari studuerit. Sigonius de regno Italiae p. 616. Henrici VI. curas circa Episcoporum constitut. Vid. ap. Schaten. T. I. annal. Paderb. p. 893 897. 897. A Friderico Henricus Leo ius constitundi Episcopos in terris Sclavicis, ferro acquisitis, imperialis dicitur, secundum Diploma Friderici, quo Henrico investituram trium Episcopatum Oldenburg, Michelburg, & Razeburg concessit Chronogr. Saxo ad ann. 1169. ap. Leibniz. tom. access. Hist. Sed jam Parentis ejus Henrici superbi-

superbi, non tantum in seculares, sed etiam ecclesiasticos Proceres extensa fuit; nec sine consensu ejus Episcopus potuit ordinari. Elegerant enim Canonici Ratisbonenses Coniitem Otonem de Wolferathenhuilen, sine consensu Henrici magnanimi. Sed Dux, prout ait *Weingartensis p. 787. tom I.* *Lerbniz*, hoc in injuriam sui fabrum compensans, ad depositionem ejus omnimodo laborabat, & apud Imperatorem, ut ei investituram denegaret, & apud Apostolicum ut consecrationem interdicere, quod electio canonica non esset, satagebat. Cumque rebellionem Comes excitasset. *Dux omnia Ecclesie territoria incendio peragrabat*. Vides magnos Duces Germaniae jus circa sacra exercuisse, nec ex necessitate Henricum diploma expetisse, sed verosimiliter Imperatorem illud proprio publicasse motu, ad iura Principis accindenda. In terris enim Sclavicis Henricum facultatem istam Episcopos creandi, & investiendi Prelates cum baculo pastorali fibifoli vindicasse, probant verba Henrici Leonis ad Vicelinum in *chron. Slavorum c. 69. n. sqq.* *Dignum quidem fuit, o Episkepe, ut vos nec salutarem, nec recuperem, eo quod istud nomen me inconsulto receperitis.* Ego enim, hujs rei moderator esse debueram, maxime in terra quam patres mei facte Deo in clipea & gladio obtinuerunt, & mihi possidendam hereditaverunt. Sed quia Sanctitas vestra dudum mitti comperta est, progenitores quoque nostri vos ab initio fidem probaverunt, decretu jam hujus noxa oblivisci, promotionique vestra pleno favore concurrevere, scilicet ea conditione, si investituram meam de manu mea recipere volueritis. Episcopus, differentia inter bona Imperio sacerdere innixa, & ea que ab hoc vinculo sunt immunita, ignarus, Duci morem gerere nutabat, contendens, Episcopos investire, solius Imperatoria Majestate esse. Clerici, quos in consilium vocabat, quid sibi hic factu opus esset, idem sentiebant quorum ignorantiae accedebat sacerdotalis factus. *Dobitione hunc Ducis, Archiepiscopus Bremensis inquit, cum clericis suis, manus vestras, ut hoc exemplo incipiant Principum esse seruos, qui ante a erant eorum domini?* Nihil feci Vicelinus, quicquid missarent sacerdotes ceteri, ut quiete Altenburgensem possideret Episcopatum, illum de manu Ducis (prout aequum erat) per virgam accipere debuit *Helmold. chron. Selavor. L. I. C. 70.* Præterea Henricus Leo in terra Obovitorum constituit Episcopum Bernonem & postea obtinuit apud *Casarem* autoritatem, episcopatus sacrificare, dare, & confirmare in omni terra Selavorum *Helmoid. chron. Selavor. L. I. C. 87. p. 612.* Ordinavit Conradum Abbatem Ridagshusam, Episcopum Lubecensem *Helmold. L. 2. cap. 1. aliosque Id. L. 2. cap. 13.* Vid. *Plura ap. Hordleder L. 5 de causa belli Germ.* Quid sibi hic Landgrafi Hass indulserint, vid. apud *Hert. de super. terr. §. 9.* Alia qua circa ecclesiastica regio-

num Domini sibi tribuere v. in constitut. Carols IV. ap. Leuber. Ic. p. 985. Bachini in hisp. monaster. St. Benedicti; in territor. Mantuano p. 16 i8. Et de Friderico I. Browveris antiqu. Fullens, p. 275. Liberatem Ordinum Carolus IV. nimio pontificia fedis amore retentus, ut infringaret, operam dedit. Nullum tamen dubium est, multa ex veteri libertate perdurasse. v. Hert. de super. terris. § XL. qui §. 12. Et 13 de jure circa sacra agit, prout est hodie in romanæ & evangelicæ religionis regiomibus. Itaque Principatum secularium ius supremum ecclesiasticum denunciari post concordata inter Frider. III & Papam Nicolaum aliquo modo quievisse, dici potest. Vid. Leibnizij codex juri gent. diplomaticus p. 396. Hordleder L. 5. C. XV. de causa belli Germanicus p. 1150. seqq. Werlhofsi juris maxime quo in foro germ. utimur enucleatis proem. C. I. p. 77. Ex hoc iure primarias preces Imperatori talvas esse, sunt qui arbitratur; de quibus integros tractatus conscripsere Cortrejus, Meyer, Chockier aliique. Nonnulli vero ex jure advocatio, Imperatori in omnes Ecclesiæ competentes, minus recte deducunt. Vid. Hermes fasisc. I. P. p. 124. Exercit hoc ius etiam Elector Moguntinus, Elector Brandenburgicus, aliique Principes in territoriis suis; licet alias Imperatori ex instrumento pacis art. 5. § 18. 26. in terris protestantium competit ubi illud olim habuit.

(d) Competit Principi ius constituentium doctores in ecclesia cum interfici reipubl. ut omnia ordine & decenter fiant, ut collegio & reipubl. bene sit. Clericorum erit evitare societatem, abstinere controversias, ac omnibus rebus politicis, nec ob injuriam leviter erigere criticas, ad populum Principemque turbulentis concionibus execrandum, sed vita sanctimoniosa ceteris præire, ne culpa eorum in exemplum extendatur. Quod si contra agant & moribus & doctrina populum & temp. offendere non desinant, removendis ius erit Principis. Vid. de potestate Principum in Clericos Coceij dissert. de fundata in territorio Et plurimum locorum concurrente potestate. iii 3. Nec tantum quad personas ecclesiasticos, sed etiam quad bona sua in republ. adeoque sub Principe esse v. Grasvinkel de Majest. Schuster de. libertate eccles. Germ. lib. III. c. 4. §. 8. Duplica ius causa monast. Locen. p. 34. Lundorp. T. I. L. 2. Klock. relicamer. 78. Humiliis Metrop. sub Vultro. fol. 266. ubi monasteria Bavariae, quad secularia, in potestate Duciis esse assertur. Pro exemptione monasteriorum & personarum ecclesiasticarum Beßoldus Diplomata Wurtenbergensia confarcinavit. Eandem opinionem Kolbe in aquila certante pro monasterio Arensbergeni scripta tueri nititur. Sed in deductione Wurtenbergensi & in iis, qua Kolbii Hertius pro Comitibus Solmensis opposuit, est profligata. Monasteria igitur in protestantium sita territoriis, Principi sui supreme potestati se subtrahere nequeunt & noxiun est reip. Papalem admittere monarchiam. Interim Principum arbitrio circa monasteria, æque ac juri corum reformati per Infr. Paci,

## PROCERVM IMPERII ASSERTIO.

53

*Pac. art. 5. § 26. 31 seqq; modus ponitur Vid. Henning. ad Instr. Pac. p. 514. Puff.  
de habitu relig. Christ. § 33. Lundorp. T. 4. p. 233. ita ut nec protestantibus nec  
catholicis fas sit, simultaneum religionem introducere exercitium, ubi anno*

*2. 1684. non fuit exercitum Conf. tract. de jure Statuum Imp. R. G. reformandi.*

(c) Imperantis est dirigere omnia, quae ad externum religionis habitum perquiruntur, circa ritus, ceremonias & feriarum indictionem, unde protestantes Gregorianum admittere noluerunt Calendarium. Ad internam autem religionem, quaque credenda sunt, vix Imperans videlicet poterit subditos, quae in assentu consistit. Assentum vero nostrum quoconque pertrahi non posse, & libertatem statuendi, quae velimus, non inesse nobis experiri, prout nemo alterius cogere potest ut assentatur bis duo esse quiaque. Deinde cultus divinus, tanquam gratiae opus vi inculcari non potest, nec religio tanquam opus conscientiae, & perceptio relationis inter actionem & legem, in cuiusquam est potestate. Ut iesubditi religionem Principes mutare non poterit. Idecirco illi quoque, qui aliam de Deo rebusq; divinis fovent opinionem, modeste erunt habendi, nec cogendi, quia vim animus non patitur. Conf. Noodt de religione ab Imperio jure gentium libera, Locks & Hottenstift's dissert. de tolerantia, Anonymi tr. de corruptis moribus, qui religionis sanctiss. negotia impediunt, & de officio viri pii in hoc eccles. disficio. Unde mitum est Hertelium in palestra juridico aulica p. 35. ad exemplum severiorum & papatu mystarum, aliquem ad religionem cogi posse, defendere. Quae stare non poterit sententia, nisi ita intelligas, immorigeros societatem laudentes, remp. turbantes & rep. esse ejicendos. I. P. art. 5. v. 30. Schilter c. 2. de historia & tenore pacis religiosa p. 173. Collimat fere hue Natalis Comes hist. L. 1 p. 7. inquiens: Facinoris & impuri semper hominis extimari, per simulationem religionis alterius bonapredari, cum nulla sit tam nefaria religio tamque impia, que jubet in homines perversa religionis latrocinia, exercere. Nostris Proceribus aliquo modo hic manus ligaturt in str. pac. art. 7. § 2. inf. nec ulli, preter tres receptas religiones, publicum conceditur exercitium. Liberum enim hoc est recipi, peregrinis sacris deditis denegare adiutum tanquam inutilibus nec salutaribus. Quan ob causam Anabaptistarum, ejusque foraginis tenebriones, iniqua & pestilenta spargentes dominata, potissimum rejeiciuntur,

(f) Potestatem conciliorum Christianae societatis convocandorum Majestati vindicant. Grotius de potestate summarum potestatum circa sacra c. 7. Puff. de habitu religionis christiana ad vitam civilem § 37. 38. Hornius de civitate L. 2. c. 2. § 14. A Regibus & Imperatoribus, ad exemplum Imperatorum Romanorum, Christianorum sacra sequentium, jus hoc esse exercitatum, abunde

G 2

annales



annales produnt; usq; dum Nicolaus jus hoc Majestati proprium invadere, sibi sumiserit, Petrus de Marca de concordia sacerdotis & Imp. L.VI c 27 § 6.12. sed impetu iuncto & successu minus durabili Quid enim Germanie Reges & Caesares ex sociorum imperii placito contra auli sint, v. ap. Pif. T.2 p 222. In concilio certe Constantiensi Sigismundo merito partes primariae erunt concedendae Gerard. de Roo L.4 annal. Austr. Redeentes tandem, postliminio quali ex papuli virtutute Proceres nostri, jus convocandarum synodorum pace religionis art. 15. & 20. inst. pac. art. 5 § 31. Et art. 8. § 1. corroboratum, summo jure sibi vindicant. Carpz. Jurispr. Consift. L.III. Def. 15. facultatem hanc ad Jus Episcopale referunt; communis forte errore, quo jus circa sacra e Jure Episcopali derivant, cum Jus Majestaticum Principum circa sacra multo latius, quam Episcopale sepe extendat, de quo vid. *dissert.* Laurentii Ohmii in nucleo Seffartiano p 225. sgg.

(g) Leges ecclesiasticas ferendi, causasque, ut vocant, ecclesiasticas dijudicandi potestas, e jure summo legislatorio profuit. Nec legem condere novit mater ecclesia, sed pacta, quae ab imperante confirmata, dum per vim legis obligant. Gros. de imp. summ. potef. circa sacra C. 8. g. Inst. Pac. art. V. §. 31. Absonum obinde erit potestatem faciendorum agendorum ecclesiasticorum cum Laurentio Ohmio p. 245. ad juri Episcopale referre, si per Episcopos sacrarum scripturarum periti, & interpres intelligantur. Horum enim proprie nihil aliud est, quam Divina oracula proponere, sacra menta administrare, aliaque communia ipsiis externa sacra recte obire, vitam normae Evangelicae conformem auditibris inculcare, poenitentes solamine erigere, & laudabiliter auditoribus exemplo praire. Quare ne quidem necessarium videtur, causis vulgo ecclesiasticis dijudicandi peculiares forum constitui, si matrimoniales secularibus accensentur. Matrimonium enim medium est generis humani conservandi, legibus conformatum, nec magis sancti quicquam habet, quam aliae actiones, si secundum leges instituantur, & supremi legislatoris beneficium. Nec clericis peculiaris fori privilegium fortiri possunt, quia cives sunt, civilibus adeoque judiciis obnoxii, ab aliis autem eos subditis separare, Papatum sapit, cuius inter absurdia refertur, esse in territorio subditos sine obligatione. Quod si penes Principem est, abrogare Consistoria, quid nipenes eundem foret, provocatiu[m] ad aliud superius collegium sancti. Consistoria quidem instrumento pacis fundantur, sed permituntur, non praecipiuntur. Dicis, oportet ut Principes in territoriis, quantum fieri potest, se mori Imperii jus dicendi accommodent, in causis vero ecclesiis nulla ad Cameram datur provocatio: Sed Camerâ instituta vel restaurata, Papales tenebrae nondum erant dispersae, quibus obscurati homines sibi persuadebant, causas aliquas sacro charactere

elle

## PROCERVM IMPERII ASSERTIO.

55

esse notatas, & a communi hominum sorte separatas; ita ut ad seculare forum trahi non possent. Liberatis nobis hodie ab antiquis iis erroribus, praeflaret, ut pastores tremendo illo mupere, in quo satis ipsis est negotii, salute scilicet animarum rite curanda, unice defungentur, neque negotiis distractherentur judicialibus. Certum est, a nemine facile protestantibus Principibus ius sacerorum sumnum denegari: sed quaecunque demum hoc pertinent, ab iis independenter procurari, ita ut actus eorum a nemine reddi possint irriti.

**J. IV.** Sed cum plerumque ea sit hominum insipientia, ut solius Numinis metu, & persuasionibus naturalibus in obsequio non contineantur; ideo proterviae humanæ repagula opponenda, & media civilia securitatem reip. conservandi adhibenda sunt, hoc est LEGES sanctiæ sunt civiles, sine quibus nulla resp., nullus ecclæs, nec iustitiam quidem actionibus intendens subsistit, nec subsistere potest. Solius ergo Majestatis est jus legum condendarum, cui civitatis salus, omniumque civium voluntates sunt delatae. (a) Principes nostros ea facultate gaudere, nemo facile in dubium vocabit; cum liquido constet, Principes liberrime, si sanctionibus imperii non adverterentur, leges concedere, promulgare, interpretari, limites voluntatis determinare, & immutare. (b)

(a) Leges commune esse reip. vinculum, & ferre eas Majestatis esse, facile liquet. Vid. Huber, de jure ciuitatis L. 3. c. 2. Hornius de ciuitate L. 2. c. XI. §. 8. Quo sunt meliores, eo florentior erit respublica. Optimæ sunt, si claræ, & publico bono adequate, breves, sufficientes nec multæ sint Campanella polit., ap. Grot. p. 122. Nævos earum quosdam excutit Thomasius de navis jurisprud.

(b) Vid. Ord. Cam. Part. I. tit. 57. Vitrinar. inf. I. P. L. III. T. 17. In aliquibus territoriis olim leges a Proceribus, cum Statuum provinciali consensu, in comitiis siebant particularibus. Et hisce legibus non juri iustinianeo tantum derogatur, sed & penitus per eas illud abrogari potest Corr. de O. I. G. c. 33 p. 219. Vitrinar. l. c. §. 5. Myler. de Princip. & Stat. imp. c. 39. p. 311. Quod enim in una parte licet, concedendum erit etiam in altera, si que post aliam sanctionum iustinianearum sensim derogatur, totum tandem abrogabitur. Quam facultatem nescio cui iis Rhetius L. 2. T. 3. I. P. §. 2.

G 3

donec-

deneget; Nec ullo modo nobis adveratur, quod in O. C. Assessores secundum jus commune causas decidere jubeatur, quia intelligendum hoc est, si peculiares sanctiones non extant. Quæ si ad sint, secundum illas, licet civili juri contrarias, judicandum est, uti notum ex O. C. p. 1. T. 13. 27. & T. 57. An autem sanctiones territoriales, recessibus imperii derogantes, locum inveniant, majori dubio involvitur. Sunt qui indistincte affirmant, sed ex debili admodum ratione, quod non inter sit Imperatoris & Constatuum, hunc Principem alia uti lege, quodque ex illa sententia easdem in Imperio & conformes debere esse leges, sequatur, nulla statuta valere debere particularia. Sed vacillare haec videtur consequentia, cum multa sint negotia, de quibus leges imperii non disponunt, in quibus utique Status liberum est statuta condere. Deinde, quod præcipuum est, omnino recessus per modum pacti obligant, & praecedenti conventione inquitur, qua confessore membra omnia, de salute totius corporis sollicite curanda. Itaque compascientes habent jus quæstum, ut singuli pacientium in suis territoriis ea servent, de quibus in communione placito fidem dederunt. Nam his in causis, præsertim quæ bonum publicum concernunt, unus dissentiens, reliquorum concluso obligabitur, quia ad salutem societas necessum est, ut majoris partis voluntatis ratione habeat integrum, ita ut sit, ac si pro eo omnes & singuli communione sponsioni subscripti essent. Confessisse in id tacite societatem ingredientes presumuntur, ne inutilis foret societas, ob inclinationum & ingeniorum infinitam differentiam, que vix permittit, ut omnes in unanimem coeant sententiam. Igitur juri imperii publico pac. westph. & capit. contrarie leges nequeunt fanciri. In privatis autem rebus si recessus contineat, quæ territorii iuribus adversantur, oportet ut contra hoc imperii placitum se se protestatione muniant, a Capite & reliquis Membris vel tacite etiam admissa, ne aliorum sententiae racite videatur subscriptissæ. Sic Elector & Dux Saxonie Comitiorum Spir. placitum, de successione fratum filiorum in bonis Patriorum nunquam admirerunt, Mylerus de Stat. Imper. c. 39. Add. Betschius de Pactis famil. Illustr. c. 2. p. 34. Denique Principium libertari legislatoris in negotiis privatis per recessus nulli ponuntur cancelli, si illis clausula adjicitur. **Was** dadurch den Churfürsten und Fürsten an ihnen Wohlbergebrachten / rechtmäßigen und billigen Gebrauchten nichts benommen seyn soll u. Hugo C. 3. §. XXI. de Status region Germanie. §. 21. Ceterum cum plerumque de legibus serendis in dictis provincialibus agatur, inde Principi jus, dictas provinciales convocandi, salvum est.

G. V.

§. V. Quum ad onus arduum cuncta regendi, tantumque curarum civilium diversitatem, vires unius non sufficiant, oportet ut imperans ad munia reipubl. obcunda, leges que ferendas civiles, virorum mentis acie & rerum usu praestantissimorum utatur opera. (a) Quibus non ultimo loco est opus, in legibus ad casus obvenientes applicandis, ac litibus subditorum exortis ex lege vel arbitrio dirimendis, ut itaque legum consistat vigor, privata vindicta removeatur, hominumque coercentur protervia. (b) Eum in finem Principes nostri ex nutu suo, certissimo dominii signo, (c) in terris alunt, quorum non auctoritate, sed consilis utantur, & pro luctu dicasteria atque, ut vulgo dicuntur, cancellarias instituunt. (d) Sunt quidem & in Imperio nostro bina tribunalia suprema, ad quae Statuum subditorum cause non exceptae per appellacionem communiter devolvuntur, (e) ipsique Ordines conveniuntur, sed ex pacto ita constituta, (f) adeo ut nec ab Imperatore ipso declinari queant. (g)

- (a) De Officialium generibus & officiis v. Sekendorff in Fürsten Staat. Requirit eos negotiorum multitudo, & politiae bonae curatus ordo. Conf. Myleri Hyparchologiam.
- (b) Principis est judices constitui, a quo judicari potestas, & ius officia conferendi dependet. Olim Germani nostri tam questiones facti, quam juris per se & substitutos, qui campiones dicebantur, armis terminarunt, & duellis. v. Alber. Chron. p. 278. ap. Leibniz. Meib. T. I. p. 644. D'acheris Spicul. T. 13. in Miscell. Epist. p. 269. *De Cange in vocab. campio.* Cui licentia per auream bullam & vetustiores constitutiones modus positus est, donec per pacem publ. sub Maxim. I. penitus removeretur, quem quidem morem alias etiam imitata sunt gentes. Interim non procul a nostræ aetatis memoria rematum est, lites in Gallia & Anglia adhuc martem habuisse arbitrum.
- (c) Leuber. *De Stapul.* Magdeb. iniqu. n. 1213.
- (d) De Jure controverso armis expiundi licentiam, subditis suis interdixerunt, & ut jure legibusque contendant, illos iussere. Aequissime quidem, cum non semper Victoria cause adstet iustitiae. Locum tamen ferruum habet, ubi judicia cessant Grot. de. I. B. & P. L. I. c. 3. §. 2. Ceterum Principes

- pes nostri ex nutu suo per ministros justitiam exercent, cui ut ministros idoneos praeficiant R. I. de 1654 § 108. communi placito statuerunt.
- (c) Schweder. part. spec. I. P. Scđ. I. C. XI. Mauriti⁹ differt. de Judicio aulico in opp. p. 386. Ex communi Ordinum Imperii consenu, aut vice eorum, suffragante Imperii Capite factum est, ut Statibus quibusdam plenitudo potestatis circa judicia ita competit, ut a nullis eorum decisionibus, vel aliquibus saltet, appellatio ad summa tribunalia non procedat. Priorum numero sunt Electores omnes A. B. c. 8. & XI. & Rumeinus p. 295. Limnau ad art. XI. §. 2. Obf. t. cum Bavar⁹ ex diplom. Ferd. III. ut & S. R. M. Angliae ac Electore Brunsvic per extensionem A. B. ad illum factam cap. Caroli VI. art. 2. De aliis primae classis Archiduce Austriae, Duce Burg. Sax. Wurtenb. Lothar., & limitato gaudentibus iure v. Schweder. l. c. c. XI. §. 2.
- (f) Comunii enim Imperatoris & Ordinum consenu Camerae judicium ita est fundatum, ut Principum quoque causa non excepta hic pertractari queant. Vnde in R. I. de 1654. §. 165. & cap. Caroli VI. art. 16. *Unter und des heiligen Reichs Cammer Gerichts* dicitur. Nec minus Aulicum judicium ab Imperii Proceribus dependet, quia ad eorum examina, Imperator defectus eius corrige teneatur. Pax. Pragens. §. 28. Vid. Monita Ordin. Carolo VI. Francof. exhibita. Moguntino ut Electori primario, Imperio nomine, Iudicij Aulici competit viuitatio infr. pac. art. 5. §. 56. Cap. Caroli VI. art. 24. Accedit, quod de modo causis ibi tractandi monere queant. Infr. pac. art. 5. §. 55. art. 30. Cap. Caroli VI. & Append ad art. 3. 16 & 20. projecti Capit. perpet. confit. 2. Ordinationes etiam judicii illius non nisi communi suffragio adiutuntur Schweder. l. c. c. XII. §. 10. Mauriti⁹ Diff. de Judicio Aulico p. 409. Imo nec omnis Imperatori libertas competit circa Praefidis & Assessorum constitutionem Schweder. l. c. §. 5. Cap. Caroli VI. art. 24. in fin.
- (g) Etenim sancte Imperatores promittunt, se in controversiis, sibi cum Imperii sociis oboris, illos eorum tribunali, communi consensu erecto, convenire velle cap. Maxim. II. §. 10. Rudolph⁹ II. art. 22. Ferdinand⁹ IV. art. 12 Leop. art. 15. Ob aequitatem naturalem vero ille, qui me alicubi convenit, mihi, se quoque ibi convenienti, dat licentiam, nisi aliud quid certa conventione sit statutum. Imo Imperator coram Palatio quoque Comite conveniri potest. A. B. c. 5. §. 3. Limnau ad h. c. obf. 4. 8. 19. p. 368 Coceius ad I. P. c. XVI. §. 14. Lundorp. tom. 1. p. 21. Vnde juribus Statuum Majestaticis non nocet, quod in supremis Imperii judiciis conveniri possint; cum illud inter aequaliter & inaequaliter federatos, commune judicium habentes,

## PROCERVM IMPERII ASSERTIO.

59

tes, fieri queat salva Majestate eorum. *Grotius de J. B. P. L. i. C. 3.  
§ 21. n. 6.*

§. VI. Quoniam natura, sine arte (a) non sufficit ad formandos viros, reip. administra, auxiliatrices præbituros manus; Principum curæ relinquuntur, academias & scholas instituere. (b) Placuit quidem aliquando Imperii Proceribus, suas circa Academiarum erectionem partes Imperatori deferre: Sed nihil hoc impedit, quo minus ipsis ut territorii Dominis idem jus competit (c) cum, arte & prudentia instructis publicorum negotiorum administris sint stipati, oporteat.

(a) *Gratiani homo aulicus, maxim. XII.*

(b) Errant, qui putant, jus circa Academias juri sacrorum annexum. Qui error exinde provenit, quod antiqui temporibus nulli nisi clerici & monachi juventutis essent formatores, qui literariorum monopolium ad se pertraxerant.

(c) Proceribus nostris, jus in regionibus suis academias erigendi, vindicant *Rhetius de jure Stat. Imp. circa sacra C. 3. inf. p. 72, illustris Thomae ad Monzambam, p. 303. id diff. de injusta oppositione juriuum Majest. Et reservet. Imp.* Nec ulla lege Statibus prolibetur, academis a se institutis facultatem gradus doctorales conferendi, tribuere, quicquid etiam in contrarium afferat *Iterus de honor. J. grad. academem. C. 6. p. 151.* Nou tamen ejusmodi Doctores dignitate sua per totum imperium æqualiter fruenter. Inde factum, ut Ordines Imperii plerunque academis territoriorum privilegia Cæsarea imperaverint. Quorum exemplum Christina Regina Sueciae fecuta, jus erigendi academias in terris Imperii sibi competentibus, per Instr. Pac. art. 10. §. 13. speciatim sibi stipulata est.

§. VII. Quam commodæ sape leges subditorum rebus sint, & quam prudentes & æqui eorum sint rectores, quique vices eorum gerunt, tam immorigeri subditorum nonnulli esse solent. Quare ut magis dicto sint audientes, præmiis opus est ad excitandos bonos, (a) poenisque, quæ alegibus abesse nequeunt, ut male morati ad imperata facienda vi compellantur. (b) Quodsi poenæ a perversis civibus actu sint sumenda, apparitores & satellites requiruntur; æque ac integras turmas & cohortes alere necessum erit, si coadunata multitudo superioris dictatis

H

morem

60 CAP. II. JVRIVM MAJESTATICORVM

morem gerere nolit, quod rebellionem vocant. Principes nostris in territoriis præriorum & pœnarum esse arbitros, nemo indubit vocabit, (e) & quia jus ad finem habens, jus ad media habere intelligitur, cum fine necessarium nexum habentia; jus habent legendi milites, sine quo potentiae fulcro in loco suo se conservare non poterunt. (d)

- (a) Virtutem propter se ipsam expeti, rara prostant exempla.
- (b) Pœnae necessariae sunt & absque eis lex vanitas est, adeoque cum lege conjungenda est ab Imperante, cuius est jus ulciscendi & defendendi. De usu pœnarum, in rep. vid. Grot. de J.B.P. L.2. C.20. §.7. sgg. Hobbes. de cive C.6. §.5. Puff. de J.N. & G. L.VIII. C.3. Horn de Crux. L.2. tit. 1. §.18. Quomodounque Puffendorffii aliorumque sententia, Principem in homicidio delicto, etiam dispensare posse, sebe habeat; laudari tamen nequit, nimia Principis facilitas in concedenda venia, ubi delictum in generis humani interacionem tendit, quod contra pactum foret, quo ad subditos defendendos conservandosque est obstrictus.
- (c) Statibus in territoriis de præmiis & penis libera est disponendi facultas, in quantum pacto non limitata est. Nec video, quid eis obstat posse. Nobiles in territorio suo tali dignitate conspicuos constitueret, qui ea dignitate ab Imperatore ornati præcipuum habent, quod in toto imperio pro talibus reputantur. Thomas. ad Monzamb. C.5. p. 302.
- (d) Hoc casu jus belli Principibus nostris omnes tribuunt, & si alii adversus subditos suos alienatos opem ferant.

§. VIII. Quandoquidem non tantum ad securitatis, sed etiam commodæ beatæque vite perennitatem conservandam cives coaluere, Majestatis est genuina subditorum emolumentis adhibere medicamina, atque adeo ornatæ cogitationum intendere nervos, ut per ea quæ importantur & exportantur omnium in civitate sit abundantia, viarum servetur securitas, & ea, quæ ad promovendos mercatus spectant, procurentur. (a) Cum igitur absque nummo minus coramode commercia adolescent, æque Majestatis erit providere, ne moneta adulterinæ commercia cladem persentificant. (b) Principibus nostris regionum Dominis itaque eadem jura mercatus, (c) monetæque (d) competunt.

(a) Vida

## PROCERVM IMPERII ASSERTIO.

61

- (a) *Vid. Werhof diss. de maritimis commerciis sub presid Conringi. Boekl. diss. de mercat. politic. Circumspicendum omnino, ut commodo loco & tempore res venum expandi possit, ut venditores aquae ac emtores, sciunt, quo se conferant, & quisque voti compos fiat. Vnde jus instituendi mercatus proficit. Multum ad promovendas emtiones venditionesque viarum, securitas confert, quorum idcirco cura imperantis erit, unde jus conductus enatur. Redundat etiam in reip. utilitatem mercatores ære instructos habere Thol. s. de rep. L.4. c.7. p. 204. seq. qui opibus aut data fide res civitatis necessarias e regionibus aliis procurent. Unde & ipsi mercatores beneficis sent alliciendi. Igitur ex iuribus a populo in Principem collatis illius est, forte ob infortunium, bonis lapsis contra debitorum exactiones inducias, per literas moratorias, indulgere.*
- (b) *In permutatione namque debita aequalitas observari vix potest, uno præ alio res suas extollente, quo pacto difficulter admodum in unam convenient sententiam. Communis taxa rerum statui non poterat, cum una res sit altera ejusdem generis præstantior. Sic tot taxæ, quorū res singulares forent, unde ingens confusio, oritura fuisset. Deinde duæ sæpe terre iisdem rebus abundant, una autem carum præter eas, fert alia, quibus altera delittitur. Sed dum nil habet quod rependat, inter has commercia cessarent, qua difficultas nummo invento sublata est.*
- (c) *Penes territoriorum Dominos jus esse mercatus, ut vocant minus solennes instituendi dubium non est. Sved. P. Spec. lct. 1. C. XXII. § 18. Myler de Stat. Imp. C.58. n.7. p.449. Limmaus L.4. c.8. n.311. Placuit quidem, focis imperii capiti suo, jus mercatus constituendi cumulative conferre Limn. add. ad L.4. C.8. p.641, hoc tamen territoriali potentiae damnum non inferti. Reservarunt etiam hoc jus Imperatori, ut ejus, tanquam Capitis, indulgentia per imperium valerent. Principes enim eodem jure gaudent, ut dictum, & moratorias, que in territoriis corum valent, largiuntur Stephanus de juri. p. 1. c.7. n.389 Myler de Stat. Imp. c.55. n. 1 cum Imperatore litteræ ex pacto per imperium obstringant, Ref. Polit. Augst. de 1548. lct. 22. § 2. Francof. 1577. lct. 23. § 4. R. 1. de 1654. §. 175. De jure circa vias Elector Saxonie ap. Hordleder von Ursprung des Teutschen Krieges ait: Es ist in Tentscher Nation herkommen/ daß einer der mit solcher Anzahl Rechten will / geleist nehme / oder gewarten mußt daß er gerechtiget werde.*
- (d) *Jus moneta cuendæ ab antiquioribus temporibus ad minimum in aliquibus Ordinum territoriis Principes nostros exerceuisse, ex eo liquet, quod Henicus Leo Lubeca statuerit monetam & telonem & jura ciuitatis*  
H 2
hanc-

honestissima. *Heimold. cbr. Sclar. c 86. p 610.* ap. *Leibniz. T 2a rer. Br.*  
 quod egregium superioritatis civilis est documentum *Leuber de inig. Sta-*  
*pula Magdeb. n 277.* Posteriorum temporum multa Principum proflant  
 edicta monetaria, quibus etiam in territorio suis jus pro libitu monetæ valo-  
 rem extrinsecum abrogandi, sibi vindicant, *videlicet. Frid. Wylb. Electr. Brand.*  
 ap. *Lundop. T. XI. p. 16.* *Elect. Moguntini Lc. p 22.* *Ernesti Augusti Electo-*  
*ris deinde Brunsuicensis Lundop. T XII. p. 146.* *Ordinat. monet. Hassia-*  
*ca de anno 1622.* *Edit. monetar. Francof. de anno 1620.* ap. *Authaum ad ca-*  
*tholicon rei monetaria Goldaſt p 30. 37.* *Comitis Mansfeldis ordinatio*  
*monetaria Spangenberg in chron. Mansfeldens. p 582.* Quæ facultas in  
 Rec. Imp. de 1566, & 1594, corroboratur. *Vid. Goldaſt. catholicon rei mo-*  
*net. tit. 5. p 31. 32.* Interest vero corporis Germaniae mysticæ, conjuncta ter-  
 ritoria ob commerciorum utilitatem eadem gaudere monetæ validitate,  
*R. I. Nor. de anno 1343. §. 38.* Idcirco Status nova habentes territoria ab  
 Imperatore quidem hoc jus impetrant, uti Ranzovius ratione Praefct. Borim-  
 storf. in Comitatum erexit, facultatem monetæ cuendæ obtinuit, *Lundorp.*  
*C. 7. p 293.* Elektoribus etiam datum est explorare, an e re sit imperii  
 novo Statui antiquum territoriorum & metalli fodinas plerumque non ha-  
 benti, jus illud inter socios exercendum concedere, & Circuli quoque, ubi  
 monetandi jus exercitus sedem fixerit, monita audire oportet. *Capit.*  
*Ferdin III. Leop. 34. Josephi 33. Caroli VI. art. 9.* Referunt tamen acta  
 Comitalia monialis Statuum nonnullos, ut inscreretur capitulationi perpe-  
 tuæ, juris monetæ cuendæ concessiones communi Principi & Statuum  
 confusus, fieri debere. Quem in finem in voto Grubenhagens, sub Friede-  
 rico II. Principes & Status monetaribus concessionibus a' fuisse, exempla  
 sunt allata. Interim largior, Cæsar's auctoritatem circa regale monetæ le-  
 vem non esse. *Ferd. ordm. monet. § 177. R. I. de anno 1570. § 122.* Quæ  
 ante Rudolphi II. capitulationem major adhuc fuisse videtur. Variæ  
 enim extant Imperatorum juris monetarii concessiones, que eorum, tan-  
 quam Imperii vices repræsentantium, facta sunt auctoritate. Cum primis  
 Imperii civitatibus, majori semper Imperatori vinculo obnoxis, quippe  
 olim Imperii capiti cum bonis aliis in principum regionibus concessis, *Goldaſt. catholicon rei monetar. tit. XI.* privilegia ejusmodi tributa videamus;  
 & Episcopis ab initio territorio non habentibus, qui tamen ante impetra-  
 tionem eorum, pietatis & sanctimonie intuui, jus monetæ cuendæ con-  
 cessum habuere. *Heideri apologia advoc. p 251.* Interim sola facultas  
 cuendæ monetæ superioritatem non arguit, sed mediatis etiam Staribus  
 data est. *Leuber Lc. n 911.* Ceterum deliberationes de corrugendis mo-  
 netæ defectibus ex communibus Capitis & Membrorum, jure monetandi  
 gauden-

gaudentium suffragis in Comitis sunt, nonnunquam *etiam* in conventibus circularibus, & plerumque in deliberando subsunt. *R.1 de 1543. §.38.*  
*Capit. Ferd. II. art. 32. Leopold. art. 33. Joseph. art. 32. Caroli VI.*  
*art. 9.*

§. IX. Media, quibus cives ab exteris beati tunc redditur, bellum aut pacem contingunt. Bello aut nostro defendimus, aut, quæ nobis debentur occupamus, vel recuperamus, aut illatam injuriam propulsamus (a) Pace amicitiam restauramus aut adaugemus. (b) Vtriusque belli pacisque tempora egregie foederibus stabiliuntur. (c) In omnibus hisce Principum nostrorum potentatus effulget, quibus & civium securitas curæ est, ideo & ipsi jus armorum, &, ut loquamur ita, armandiae, (d) æque ac pacis (e) & foederum (f) competit.

(a) Causæ belli primaria est salutis reip. conservatio, deinde honorum foederatorum tutela, illatorum vindicatio *Grot. de I. B. & P. L. 2. c. 1. §. 2.* Quia Princeps jus defendendi habet, inde fluit jus extruendi armamentaria, munimenta & fortalitia, & collocandi in ea præsidia, sine quibus in utilia essent. Bella sine militibus geri nequeant, unde est jus cogendi milites, quod quomodo exerceri debet, ex arbitrio imperantis, pacisve civitatum dependet.

(b) *Grot. de I. B. & P. lib. 3. c. ult. Eben. de jure pacis in opp. p. 724. Boeckli diff. quam inscripsit pro p. pacis.* Ex bellandi iure, jus pacis est intelligendum. Nam societas eternum bellatura subsistere nequit, unde pax bello quærenda, ubi haberi potest, Hobbes de civ. c. 2. §. 1. Belli enim tantæ sunt calamitates, ut satius si ex parte jure suo decedere, quam incertam bellii aleam tentare *Grot. L. 2. c. 24.* Qui habent facultatem bellii gerendi, habent quoq; jus induciorum Hornius lib. 2. c. 5. §. 6. *Grotius de I. B. & P. lib. 3. c. 21.* quod & potestatis inferioribus competit *Grot. lib. 3. c. 22.* An vero neutralium partium esse velint, in eorundem potestate est. Quid durante neutralitate, ut ajunt, agere licet u. *Grot. L. 3. c. 17. Boeckl. diff. T. 1 p. 991 seqq. Obrecht. diff. 8. de ratione bellis sive Raison de guerre p. 159. seqq. Coccejus. De jure belli in amicos.*

(c) *Vid. Grot. de I. B. P. L. 2. C. XV. L. 3. C. 19. & 20.* Foedera quoque cum alienis a Christiana religione contrahi posse v. *Grot. de I. B. & P. L. 2. c. 15. §. 8. Huber. de jure civit. L. 3. scđt. 4. c. 3. §. 10. & 11.*

(d) Jus belli defensivi omnimode Imperatore ignorantे Principibus competere, extra dubium est, & jus inculpate tutela, quod ratione principum latius sese porrigit, per nullas constitutiones aut humana pacta tolli potest. *Vitriar. I. Publ. L. 3. tit. 19 §. 82.* Imo Imperatori Ordinum jura violaturo anima defensiva legitimate opponuntur, *Lemker. de libertate Stat. Imp. p. 5.* Quod factum est in bello Smalcaldico, & illo quo Ferdinandi II. conatus instingebantur. Bella offensiva contra Constatuſ de illis etiē, quam plurimi arbitrantur, ne interna turbetru tranquillitas. Vnde nec reprobalia inter Status admittunt, quia sunt in imperio tribunalia, communis imperii federatorum consensu stabilita, quibus sese ut privati arbitris submittere queunt. Nec dedecori hoc est nostris Principibus, cum nec Imperatori ipsi, uti monimus, liberum sit ius suum armis expetere, sed cogatur in tribunalibus imperii cum eis experiri; Achaicarum retump. exemplo, quarum federati amice & a quo jure lites dirimere studabant. Inter Helvetios enim confederatos, si cui injury illata, ad senatum ea prius referenda est, ut bellī causa an iusta sit inquiratur *Simler. L. 1. de Helv. p. 153. edit. Elzev.* Nec nisi communis consensu in belgio bellum pacemque ineuat ex *Union. Ultraj. art. 9.* Similis Germanorum Statuum est ratio, quos in Constatuſ aliquando, si injurya sit certa, & Imperatoris consensu accedat offensiva arma corriperi posse quidam putant. *Limnau. L. 4. c. 8. n. 247.* *Schweid. part. Spec. sect. 2. C. XVI.* Sed nescio an haec opinio cum infir. pac. art. XVII. § 7. stare possit, ubi reperientur seqq. Et nullo omnino Statusim Imperii licet ius suum vi vel armis perseguī, sed si quid controversia sive jam exortum sit, sive post incident, uniuersique jure experiantur, secus faciens reus sit fracta pacis. Vid. excerpta Rec. Imp. Memoriali ut vocant a legatione Holistica Comitis 1716. exhibito adjelta. In exteris arma offensiva expedire ipsis licet, praesertim Imperatore *Vitriar. l.c.n 28.* & politis quibusdam conditionibus, quas refert Hugo, adeo stricte nunquam observatis. Non tamen requiritur, ut secundum const. Maximiliani, igitur nunquam in praxi observatam, de bello tali in Comitiis deliberetur; Licet si Princeps aliquis non requisito Imperatoris consensu vicinum bello invadat, querelas obinde institutas ad deliberationes comitiales ferri soleant. Sicut factum est in bello, quod Monasteriensis Episcopus Geldria ob dynastiam Borculo intulit. Interest enim reipublicæ, ne per calorem belligrandi unius membris, totum Imperium bello involvatur. Nec quicquam inde Principum auctoritati decedit, qui ita inter se convernerunt, cuius pacti respectu, neque Imperatori aliquem bello adorari licet. *capit. Leop. art. 16. Caroli VI. art. IV.* Ex jure belligandi, quo Principes nostros gaudere diximus, potestas peregrina sequendi castra profluit, que

quæ semper Statibus suis libera R. I. de A. 1570. ob incommodavero consenserunt, ne bellis contra imperium directis interessent, nec copiæ conserb., antequam circulo esset significarum Cap. Leop. art. 16. in f. Joseph. art. 15. R. A. 1495. tit. 14. Et relig. Eodem modo Helvetii ab exteriori sollicitati, probata belli causa, militis conducendi numerum in terris suis definitiunt, & jus pro libertu avocandi sibi reservant Hert. de super. terr. §. 32. Reliqua armariæ jura v. g. milites legendi, eos mercede conducendi, si circulo notebat, R. I. 1555. §. 50. & alia, vid. ap. Vitr. L. III. T. XLIX. §. 48. seqq. §. 43. seqq. Speciat huc ius erigendi manumenta, quod cuivis Statuum in territorio licet, Imperatoris consensu non requisito Cap. Caroli VI. art. 4. Vitrarius I. P. L. III. tit. 19. §. 70. modo illarum exstrudio in aliorum præjudicium non vergat. Jam si licet Proceribus in terris suis menœ & propugnacula excitare, nihil est, quod impedit illos, ubi consuetudine rationem præscribere Schrveder. part. spec. scilicet I. C. XVIII. §. 4. Ab antiquis seculis etiam Principes iure hoc esse usos, exempla in promulgatis Henricus Leo Dux Saxoniae Lubecensis civitatis jura donavit Helmold. Chr. scil. c. 86. Otto Dux Meraniae Oeniponto jura & privilegia civitatis concedit. Wiguluff. Hund. Metrop. Salisb. T. I. p. 447. Dresden. Fridericus Marchio Miss. 1403 ius civitatis largitus est Anton Weck. 734. Beschreibung Dresden. Exemplum præterea Friderici Episcopi Caminensis & Ottonis Hassiae Landgr. exhibet Hert. I. c. §. 28. Quia pro Imperatore affecturunt, minoris sunt, quam ut Principum jura iufringere valent. Non enim omnia Imperatorum desiderata juri dici possunt conformia, siue alii ob imperium suo iure usi non sunt, ea in exemplum trahi nequeunt. Nec Justinianæ leges, aut specula Svecicæ vel Saxonum circa jura Principum restringenda quicquam conferre valent. Prioris enim statum plene monarchicum supponunt, & pecula falsis quam plurimis sunt reserta. Corring. de Orig. jur. germ.

(c) E jure belli, pacis iura sua sponte profluunt, iisque annexa induciarum, quodque neutras, duorum manus inter se consentientium, partes amplecti liberum sit Principibus nostris. Puff. Hift. Brand. L. XI. §. 51. Pfanser. hift. pac. Westph. L. II. c. XII. Cellare jus hoc videtur, bello justa ex causa communi Imperatoris & Procerum suffragio decreto, nisi certum sit, ab imperio contra vastationes bellicas auxiliū nihil exspectandum esse. Et de sua subditorumque salute, si in belli societate manerent, actum forte. Vid. Grot. de I. B. Et P. lib. 2. c. 25. §. 6. Lundorp. T. 2. p. 110 seqq. litteras Statuum circuitus Saxon. infer. ap. Lundorp. tom. VI. p. 69. & varia neutralitatis exempla, gravante per imperium bello, ap. eund. T. IV. p. 274. Et 288. tom. V. VI.

(f) Quod

(f) Quod controversum a nonnullis fuit, an Principibus bellica foedera initie liceat, illud per *Instr. Pac. art. 8. §. 2.* terminatum est, in cuius fine ita legitur: Cum primis vero ius faciendo inter se, & cum exteris foedera pro sua cujusque conservatione & securitate singulis statibus perpetuo liberum esto: ita tamen, ne eiusmodi foedera sint contra Imperatorem & imperium, pacemque ejus publicam vel hanc in primis transactiōnem. Quod ultimum superioritatem non minuit, quoniam mystici corporis membrana negat in caput, neque corpus levire queant, nisi totam machinam collabescere velint. Varia foederum a Principibus cum exteris initiorum exempla habet *Lehmann de ann. 1354. 1366. 85. 87. & 1355. L. 1. c. 92. L. 7. c. 52. 66. 67. 69. L. 5. c. 123 seqq.* Variā inter Ordines foedera initia exhibet *Bittel tract. de partis famili illiusfr. & vitriar. L. c. 6. 143 seqq. Arumanus de fēd. fol. 253 seqq.* qui etiam foedus Smalcaldicum vindicat, fol. 249. *Linn. L. 4. c. 8. n. 24. 25. Goldast. de regno Bohem. L. 4. C. 7. p. 470. Obrecht de Imperii Germanici ejusque Statuum federib⁹.* Quæstio num paœa confraternitatis inter Saxoniam Brandenb⁹, & Hassiacam domum absque Imperatoris ratificatione valeant, hodie nullius amplius est usus, sed decisā in *Cap. Leop. art. 6. Joseph. art. 6. Carols VI. art. 1.* in quibus paœa confraternitatum inter Ordines erēta & uniones Electorales confirmantur. Et in pace Prageni inter Brandenburgensem Saxoniam, Hassiacamque Domum statuta corroborantur. Plura de hoc paœo vid. ap. *Vitriar. L. 3. C. 20. §. 85. seqq. & Pfessinger in not. Limuuus addit. ad L. 4. c. 8. p. 677 seqq.* Nec praeceps ad confraternitatum paœa consilium Imperatoris requiri potest, ut Iter, *de fēd. Imp. c. 17 p. 765.* opinatur, cum in legibus Imperii nihil habeat de re speciatim determinatum sit. Ventilanda hic occurrit quæstio, an Status alterius clientelæ fœse permettere, & fœdus in æquale contrahere queant. Intuitu Constatuum fieri hoc posse dubium vix est, ob varia bujus rei exempla. Sic liberam civitatem Dortmund clientelæ domus Brandenburgicae fœse submissis Diploma probat apud Lunich. in *Reichs Archiv. Sect. IV. part. spec. contin. alter. p. 391. seqq.* Henricus & Guntherus Comites Schwarzbürgenes Thuringiae Landgratio sui protectionem commiserunt. Quamobrem an Schwvarzburgensis domus in Saxoniorum Landſtitorum numero sit, inter dominum Saxo Vinariensem & Comites Schwvarzburgenses acriter disceptatum est. Deinde ob verba Instrumenti pacis de foederibus, ne saltem in Imperatoris & Imperii detrimentum vergant, generaliter fatis positæ, neque imperii Ordinibus, peregrinorum fœse dedere protectioni, prohibitum forte censendum est. Magis controvertitur, an unius Status subditus alterius Status tutelæ subiecte fœse queant, quia Aureæ Bullæ contrariari videtur, quod tamen nonnullis civitatibus, superiori suo tam arte obſer-

obsequii vinculo non obligatis, & vulgo mixtis dictis, ob privilegia vel  
pacata licet, cuius rei exemplum Hildesheimensis civitas praebet. Domini  
Brunsvicensi tutelari nexus obstricta.

*S. X.* Belli pacisque negotia, quibus unius non sufficit prudentia, absque secretorum participibus, (a) & internunciis (b) commode geri nequeunt, sed Mœcenates quidam & Agrippæ, aut Agricola (c) requiruntur, ad pertractanda illa negotia, ad quæ ut Principes ipsi convenient, vix est conducibile. (d) Ut sciat autem, quæ ab internunciis agantur, novaque ad eos jussa deferantur, nec minus, ut amicitia, federa & commercia cum exteris rectius possint excoli, & omnia quæ e re sunt Principis, ejusque civium mature innotescant, maxime cursum publicum bene institutum esse, reip. interest. Ita Germaniae Proceribus in toga lagaque clarissimos licet legere viros, ex quibus legatos ad alios Principes Regesque mittant. (e) Cumque salus & emolumentum reip. absque cursu publico, ut monui, vel, ut vocant, posta commode subsistere nequeat, cum illius ad territoria Principum sese extendere, (f) recte dixeris.

(a) De requisitis eorum, qui ad secreta Principis consilii admittuntur, variis tractatus v. Consistoriorum Principis Argentorati an. 1663. typ. impensis. Qui tamen autores plerumque in generalibus subsistunt, nunquam tali munere defuncti. Laudatur tamen Silvianus libellus, qui Minister statutis inscribitur, & Saavedra Idea Principis politici symbolis expressa, cum Richelii testamento politico. Maxime ad arcana politica recte intelligenda faciunt annales. Taciti, Cominæ commentarii, & Naudii libellus, quem inscribit *considerationi politiques sur les coups d'etat.*

(b) Pax, sine qua societas humana non durat, requirit colloquia Legatorum. Quæ cum fieri nequeant, nisi ipsis a vi hostili securitas concederetur, iride est sano sensu accepta Legatorum inviolabilitas. Hobbes. de cive C. 3. §. 19. Leviathan p. 120. Puffi. de I. N. & G. L. 2. c. 3. §. 23. Coceji diss. de Legato sancto, non impuni. Quam ob inviolabilitatem adeoque opus non est, cum Grotio peculiare jus gentium effingere.

(c) De Mœcenate consilii suis res Augusti sublevante Vid. Tacit. L. 6. annal. c. II. num. 54. Boccleri Mœcenas sive Consiliator Regius tom. post 24. Lau-

des ejus canit Horatius *Ode 1. De Agrippâ militiae victoriaque Aug.* socio Tacitus *annal. L. 1. c 3. Vellej. Paterncul. L. 2. c. 79. c. 81. p. 283.* De Agricola Tacitus air: *Credunt plerique, militaribus ingenis subtilitatem deesse, quia castrorum iurisdictio secura & obtusa, ac plura manu agens caliditatem fort non exerceat. Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos justo facileque agebat.*

(d) Vid. Memoires de Comitee civ. 2. c. 8. & 14. & Boecler de colloquiis & congressibus Principum T. 1. diss. 35.

(e) De jure mittendi legatos etiam cum caractere, personam mittentis representante V. Kulpisius de jure legandi Statuum Imperii, & L' Ambassadeur de Wicquesfort *Liv. 1. Sect. IV. p. 39. seqq.*

(f) Hornigk Procerum Imperii iure hic lacessere ausus est, in tract. politico historico de regali postarum iure, qui jus postarum per totum imperium, Imperatori reservatum esse contendit. Adversus quem Principium causam egit Ackold germanice in instruct. fundam, de regali postarum iure ex territoriali potestate profluente. Respondit ipsi Hornigk codem idiomate in tr. de differentia reservat. Imp. Star. imperii jurisdict. territoriali. Sed Hornigk rationes parum stringunt, & nimis elumbes sunt, ut jus hoc Statibus vi territorialiorum suorum ab immemoriali, tempore exercitum & in electione Leopoldi an 1658. expresse reservatum, eripere queant *Schwereri I. P. Sect. I. C. XXVII. § 9.* Vide que circulus Saxon. infer. contra Principem de Taxis iura postarum territorialia turbantem ad Imperatorem derulit ap. *Lundorp. T. 8. p. 839.* Imperatoris reservatum in eo consiluit, quod facultas ipsi competit in nonnullorum Statuum territoriis, ubi jus hoc ab antiquo habuit, imperiales habendi poetas *Capit. Leop. art. 35. Ioseph. art. 34.* quod, uti reliqua reservata, servitutis juris publici ratione habere videtur.

§. XI. Denique ad milites, qui populum adversus hostiles invasiones tueantur, alendos, ad salaria Consiliarii aliisque reip. administris exsolvenda, bene de rep. meritos premiis excitandos, & domus Principalis eminentiam pro dignitate gentis sustentandam, permagni requiruntur sumptus: Quam ob causam populus Principi certum constituit patrimonium, cuius fructus ad sustinendam reip. & dignitatis Principalis onera, destinantur, & regalium minorum aut fisci vel vocis inter Germanos recens enati, Domanialium nomine venire solet, (a) quod nec in totum nec pro parte alienaria Principibus

bus potest. (b) Hæc quoque ad Proceres nostros applicari debent. (c) Spectant huc redditus ex fundis locisque publicis, tributa capitis humanis aut pecoribus imposita, vestigalia & mercatus canones, (d) redditus ex salinis & metalli fodinis, (e) fluminibus & thesauris, (f) canones forestales, (g) canones gratiae, & jurisdictionis, quo referri possunt jura circa hereditates vacuas & bona eruptitiae, compendia pœnarum, jus exigendi operas civiles, jus detractus, (h) & reliqua. Quæ si non sufficiant ad conservandam reip. salutem, Princeps dominio eminentie utitur, (i) vi cuius in bona subditorum non minus habet jus, quam ipsi subditi.

- (a) *V. Ehengerns de vestigialibus populi Romani.* Quæ indifferentia sunt, ex jure naturæ occupantis sunt; nec tamen obstat, quominus moribus vel legibus Principi addici queant, secundum *Grot. L. 2 c. 3, § c. 8. §. 9.* *Bekman. Polst. paral. c. 18. §. 4.* ideo ea Principis esse putat, quia sunt nullius. *Ziegler ex præscriptione immemoriali derivat Puff. de I. N. § G. L. 7 c. 2. §. 7.* paustum præsumit, dum aliud constet, quo homines civitatem adornantes illi, cui voluerint, hanc potestatem detulerint. Licet vero jus naturæ non ex pacto, sed paustum e jure naturæ deducendum sit; Certum tamen est, ad sustinenda recip. onera, regalia minora & *ad hoc auctoritate* Principis esse.
- (b) *Grot. de I. B. § P. L. 2 c. 6. §. 11.* An regalia minora a subditis præscribi possunt controversum est. Vid. *Thomas. de præscript. regal. ad jura subditorum non pertinente* & *not. 1. ad Huber. de cruxate p. 3.* ubi contra Herium aliosque, negantium tuerit sententiam.
- (c) Circa illa Proceres Germanie jus habere, nec Imperatori circa sicut redditus aut confiscationem bonorum, ex crimine lœsa Majestatis, in Procerum territorio ultimam potestatem competere v. *Lundorp. tom. 4. p. 72.*
- (d) Vestigalia hic denotant canones, qui pro investitu vel evenitu mercium solvuntur, quo deinde alia etiam pervaluntur. *Conf. Capit. Carol. VI. art. 8. Schweder I. P. part. spec. scđt. 1 c. 17. §. 19. § c. 20. §. 1.* Juste haec non ultra modum a territoriorum Dominis exigenda sunt *Grot. de I. B. § P. L. 2 c. 2. §. 14.* Cum jam recte a Principibus vestigalia decernerentur, communis deinceps placito jus imperandi augendi & prorogandi vestigalia ad Imperatorem spectabat, usque dum consensus majoris parti Electorum, & tandem singulorum sit requisitus *R. I. de 1576. §. 17. Schwed. part. spec. scđt. 1 c. 22.*

70 CAP. II. JVRIVM MAJEST. IMP. PROC. ASSERTIO.

- i. c. 20. §. 3. Diploma Friderici III. quo Episcopo Heribopolensi jus vestigium conceditur, est in tom. Script. Germ. Kulpissi, & adhæret Friderici III. hist. p. 70. Vid. Scaten. Miræum, Hedam, Browerum, aliosque diplomatum collectores. Cap. Ferdinand. II. art. 17. Ferdinand. III. art. 21. Caroli VI. art. 8. Eodem modo se se res habuit cum jure stipulae & empirii, de quo Lunig in archvio Imperii part. 4. sect. 2 p. 220. Quæ jura hodie communem Electorum consensum requirunt. Rhetor. de Jure portuum Disp. 2. c. 4.
- (e) Videtur antiquis temporibus ex Procerum imperii voluntate, in singulis Germaniaæ terris, peculiare circa salinas & metallifodinas Imperatorij usus Pfessinger ad Vitrari. L. 3. T. 18. § 28. (a) 29. (a) Sixtinus de Regalibus L. 2 c. 16 § 19. Imperatoribus ex A. B. C. 9. Ordinibus autem omnibus ut superioritatis territorialis attributum ex R. I. de 1551. §. 48. competit.
- (f) Flumina arg. I. P. Osnabr. art. 10. §. 3. adeoque fluvialia incrementa ad Principes spectant. Constitutionem Adolphi, consilio cum Proceribus habto 1264. Comit. Norimberg. latam, de insula in flumine nata cum noctis edidit Frherus. Alluviosis incrementa Principes sibi vindicant. Gryphianer L. 11. n. 9. De jure piscandi, navigandi, ligna vendendi v. Seckendorf. Güstken-Staat Fritsch de jure grutia. De thesauro qui naturaliter quidem ad fundi dominum spectat, de quo tamen alter disponere potest lex civilis, v. Sixtinus de regalibus L. 2. c. 21.
- (g) Quomodo res forestalis, & jus venandi in Francia & Germania se se habuerit, vid. in Antoni Prasidio diss. de origine juris venandi Heider's advocate Imp. p. 222. Antoni Marthaus de Nobilitate. Continet prater ius ferendi leges circa sylvas & venationes Holz-Wälder und Forst-Ordnung/ ac magistratus Forst-Bediente/ constitundi; ius percipiendi emolumenta e sylvis, ius venandi, & alios a venatione excludendi; Deducitur inde etiam ius percipiendi decimas ex agris, ad culturam noviter redactis, Neubruch & hende/ & ius circa loca deferta.
- (h) Bona herede deslitta, & quæ domino carere incipiunt, e jure naturæ, Grot. L. 2 C. 3. §. 19. & iure Germania referuntur ad Principes. Schilter Ex 50. ad D. §. 4. seqq. De operibus civilibus Pferd-Dienste/ Hand- & Frohneus/ Botchafftleissen/wachen/ &c. Vid. Brun. conf. 160. De censu emigrationis I. P. art. 5. § 37.
- (i) Dominum eminentis vi superioritatis in personas & res subditorum se se porrigit. Grot. de I. B. & P. L. 2 cap. 14. §. 7. Boekler. tom. 1. Diss. 28. de Dominio eminente, quæ etiam commentario ad Grotium inserta est, Hornius de civitate lib. 2. cap. 4. Knichen, Gail, Reinking. Carp.

CAP. III.

## CAP. III. ARGVMENTORVM CONTRA- RIORVM REFVTATIO.

### §. I.

**M**ulta sunt, sed non magni ponderis, quæ Majestatis Procerum criminatores ad vellicandam eorum eminentiam consarcinant. Levidense est, quod plenis buccis protrudunt, nullo fulcimento Principum nostrorum jura, quam temporis lapsu niti. Sed cheu! quantum distant hæ loquela a veritate. Ex iis, quæ primo capite allata sunt, constabit, istos oscitantia, aut adulatio[n]e, & obstinatione mirum in modum in transversum abripi.

§. II. Vinculum fiduciarium esse, quod Majestati Principum obstat, clamant; sed nexus illum cum supra[m]a potestate stare posse, viri docti dudum demonstratum ivere. (a) Et quis tam stupidi esset ingenii, ut Hungariae (b) & Daniæ regna (c) imperio Germanico, Scotiam Anglis, (d) Arragoniam, (e) Neapolin, Siciliam, (f) insulam Mæns, (g) & Angliam Pontificiæ sedi (h) vinculo fiduciario factas obnoxias, superioritatem terrarum amisisse, affereret? Nec juramentum fidelitatis, quod Proceres Imperatori præstant, aliud quid involvit, quam quod sese recte & paci legibus convenienter erga Imperatorum & Constatu[m] gerere velint; cum interea omnes superioritatis civilis actus independenter exercere possint, in quantum ipsi libertatem hanc per conventionem, quæ ipsis cum imperio & Imperatore vel subditos intercedit, non limitaverint, quod ex paralelismo. (i) Procerum nostrorum aliorumque Regum juramentorum dilucidius potest conspici.

- (a) Nexus feudi nec a parte Domini Majestatem, nec a parte vasalli subiectum involvere, ostenderunt, *Grot. de J. B. & P. L. 1. c. 3. §. 23.* *Leibniz de supremo. c. 28. p. 122.* *Puffi, rer. Brandenb. L. 5. §. 7.* *Petri de Marco marea Hispanica. L. 3. c. 8.* Sic Wilhelmus Hollandus Comes liberum se vocat ap. *Bekkm. in vita Ottonis III.* *Antho Matthai de nobilitate p. 36.* Est enim hic nexus feodus, aliquid inaequale, ob reverentiam, quam vasallus Domino directo exhibet, quæ a Domino pensatur defensione, ut ab utraque patre requiratur fidelitas. *Fornarius de feudis p. 85.* *Wesenbec Consil. 200. n. 9. p. 118.* Acceptans etiam aequalis esse potest. *Spec. Sax. L. 3. art. 65.* Si homo ab equals in feudatur, non suam originem, sed feuds dignitatem minoraverit, sein Land & Recht wird nicht geprägt. Imo non æque magna videtur illa inaequalitas, quæ in reverentia Imperatoris exhibenda constituit, cum his Vasallum defendat. Vasallus autem non nisi passionata præstet servitia. Præsentim cum permagnus territoriorum imperii in feudum oblatorum sit numerus, in qua clavis Brunsvicensis sunt terræ, ab Ottone puro Ejderico II. in feudum oblatæ V. chron. *Abbaris Stadens.* De Landgraviatu Hassiae exemplum ap. *Fritsch, de incorporatione, honor. membr. 2.* & alia quæ habet *Hert in tract. de feudis oblatis part. I. p. 509.*
- (b) Vid. *Bodinus de rep. n. 134.*
- (c) *Antho Matthai de Nobilitate c. 37. p. 156. 157.*
- (d) Papa contendebat esse feudum Ecclesiæ Romanæ, sed profligavit ejus argumenta Eduardus in epistola ad Bonifacium VIII. exarata, in qua ostendit, Scotiam esse feudum Angliae non Pontificis. *Leibniz Codex J. Gent. diplomatic. p. 277. seqq. 282. seq.* *Rymers acta publica Anglicana I. 6. p. 46.*
- (e) *Bodinus de rep. n. 119. 132.*
- (f) *Guicciardini hist. L. 4. fol. 5. edit. Venet.* *Machiavelli hist. Florentin. L. 1. p. 23.*
- (g) *Reginaldus, Rex insule Mans., Vasallum se Pontificis Romani constituit Leibniz prodr. cod. I. Gent. diplom. p. 5.*
- (h) *Diploma extat in Matth. Parisi. historia anglica p. 236. edit. Londine Hemingford. L. 2. c. 93. & in Nicolai Trivetti chron. ap. D'acker. T. 8. Specileg p. 553.*
- (i) Ut alteri nostri veritas in aprico sit, parallelimus instituimus inter formularium juramentum, quod imperii Proceres præstant, & illud quod a Johanne Anglia Rege Papa promissum est. Juramentum Procerum imperii apud Limnaum L. 4. c. 8. §. 2. *Schilter. in Com. ad ius feud. Aleman. p. 68.* *Warem, ab Ehrenbach de fæder. L. 2. c. 4. sequentis est tenuis: der Räy. Seelis*

serlichen Majestät und dem Reiche Treue/ Hold/ Gehorsahm/ und gewärtig/ arch nimmer wissentlich in den Raht seyn soll noch will/ da ichreis wieder Ew. Kaiserliche Majestät person/ Ehre/ Würde und Stand gehandelt oder fürgenommen wird/ noch darin willigen oder gehelen einigen weg/ sondern Ew. Kais. Maj. und des Reichs Ehr/ Nutz und Frommen betrachten und besöden nach allen Vermögen/ und ob etwas fürgenommen oder gehandelt würde wieder E. R. M. person oder das heilige Reich/ demselben wollen I. S. G. getreulich vorseyn und E. R. M. dessen unverzüglich wernen &c. In diplomate Joannis haec reperiuntur: *Communi consilio Baronum nostrorum conferimus & libere concedimus Deo, & sanctis Apostolis, Petro & Paulo, & sancta Romana Ecclesie, matrona nostra, ac Domino Papa Innocentio, eisque Catholicis successoribus, totum regnum Angliae. & totum regnum Hybernia, cum omni iure & pertinentia suis fecimus & iuravimus & homagium legatum in presentia Pandulphi, si coram Domino Papa esse poterimus, eidem faciemus, & si nos vel aliquis successorum nostrorum contra haec attentare presumferit, quicunque ille fuerit, nisi rite commonitus resipuerit, cadat iure regni. Homagium sequentis erat tenoris; Ego Joannes Des Gratia Rex Anglia & Dominus Hybernia ab hac hora &c.* Fidelis ero Deo, & beato Petro & Ecclesia Romane, & Domino meo Papa Domino meo Innocentio eisque successoribus catholice intrantibus. Non ero in facto in dicto, confessus vel consitio, ut vitam perdant, vel membra vel mala capione captiantur. Eorum dannum si fieri vero impediam, & remanere faciam, si potero, consitum, quod misericredas, vel per se vel per nuntius suos seu litteras secretum tenebo, & ad eorum dannum nulli pandam me scirente. Patrimonium beati Petri & specialiter regnum Angliae & regnum Hyberniae, adjutor ero ad tenendum & defendendum contra omnes homines posse meo. Si me adjuvet Deus & hac sancta Evangelia.

§. III. Sed pergis, Proceres imperii vocari Imperatoris & imperii subditos, (a) dicique in recessibus, von Kayserlicher Macht und Vollkommenheit/ und mit gemeldten unserengehorsamen Churfürsten; Stände haben uns zu unterthanigen freundlichen Gefallen gewilligt &c. Verum præterquam, quod multa sint in Imperii recessibus, quæ vitio laborant, (b) aut fortassis, istud: *nostros & imperii subditos;* non ad Principes, sed eorum subditos, in quos Imperator sibi aliquam ut caput Germaniae attribuit

tribuit potestatem, restringi debere, afferendum sit; (c) nemo cui sanum est sinciput, luxuriantes istas formulas, ex depravati seculi genio ortas, in effectum aliquem detorquebit. (d) Ordines enim, se longe aliter quam subditos imperio & Imperatori esse obnoxios, & ipsi evincunt, (e) & ipse Maximilianus fatetur, Majestatem imperii magis in Principibus, quam in se residere. (f) Obligatio vero personalis Principum nostrorum nullibi in imperii recessibus appetet, in foedere tantum clientelari superiori imperandi, inferiori parendi epitheton concedi haud est in consuetum. (g)

(a) *Friderici III. reformat. Francof. de anno 1521, rec. imp. de anno 1641.*  
§. 83.

(b) *Friderici II. constitutiones nunquam in imperio æque magni valoris fuerunt. Annus 1521, tam ex eorum parte, qui Lutheri repurgata lequebantur dogmata, quam corum, qui Pontificis erant associæ, magnam requirebat dissimulationem. Recessus imperii de anno 1641, ab Imperatoriarum partium fautoribus potissimum fabricatus est, & qui ex protestantibus Comitiis aderant, ut leniorem redderent Imperatorem, qui causam Palatini ex generali amnistiâ exclusam voluit, v. Brache, hist. nostri tempor. lib 6.p 287, nihil hic monere ausi sunt.*

(c) *Vid. R. I. de anno 1518. Obligantur enim Statuum subditi Imperatori in iis quæ reip. debentur, ita ut illos Imperator litis causa evocare queat, & data promulgare monitoria, non vero ratione corum, quæ Principibus in territorialis juris actibus competunt, in quibus a subditis præ Imperator Principibus suis erit obsequendum.*

(d) *Nescio quo usque huc quadrant illa Hypolitii Lapide de ratione Statui in imp. germ. part. i. c. 6. sect. 2 p 83 nisi quod moderatus proferri potuerint: Sed hoc pars ista astris istis legatis recessum concinnat, imputandum est, aut communis seculi nostri virtus & depravato germanico idiomatis styllo, qui hujuscmodi nugamentis, ac inanibus ceremoniis, titulorumque ampullis ad naufragium usque scates.*

(e) *in ep. ad Ferdinandum II. ap. Lundorp T. 1. L. 1. e. 36. Repugnat etiam injuriosa huic locutioni summa libertas Statuum sanctionibus pragmati- cis firmata votique decisivi natura, dum des. Zeil. Röm. Reichs vörderste Glieder und dessen Grund - Seulen/ vocantur: & alias Imperator semper eos, freundliche liebe Oheime! Ihre Liebden/ compellat.*

(f) Acklde

(f) Ackold de jure postularum L. 2. C. 1.

(g) Ad decisionem hujus controversiae plurimum continent elegantissima Hugo-nis Grotii L. 1. C. 3. de J. B. & P. § 8. Solet & illud objici, quod in his toris ei, qui federe est superior imperandi, & ei qui inferior est parent vox interdum tribuitur, sed nec hoc movere nos debet: aut enim agitur de rebus ad commune bonum societatis pertinentibus, aut de utilitate prouata ejus, qui superior est in fædere. In rebus communibus, extra tempus conventionis, etiam ubi fœdus aequalis est, solet is, qui lectus est Princeps fæderis, fœcis imperare, ut Agammenon Regibus Gracis, Lacedemo-nis Gracis potest, deinde Atheniensibus. Et deinceps §. 9. In iis vero, qua ad propriam utilitatem spectant, superiori postulata solent imperia dicti, non ex jure, sed ex effectu similitudine, Regum preces imperia sapienter dicuntur, & agros imperare medicis.

§. IV. Quod legibus Imperii teneantur, nec iis contra-ria statuta condere possint, & in imperii tribunalibus a suis con-veniri queant, quorum querelas Imperator tamen absque infor-matione Principum, ut loquuntur, non exaudit, quod Imperato-ri opem ferre sint obstricti, non possint decernere de religione aliter quam imperii legibus est definitum; arma nec adversus Imperatorem nec Constatius offensiva inducere possint, & in territoriis suis leges Imperii & edita publicare obligentur, Me-jestatem sive supremam potestatem civilem tollere nequit, cum priori capite sit monitum, hæc ex conventione provenire. (a)

(a) Grot. de J. B. & P. L. 1. c. 3. §. 21. n. 3.

§. V. Neque libertati Statuum nocet, quod absque cau-sa a societate, quam cum capite aliquis Germaniæ membris inierunt, discedere non possint, qua lege quam plurima solent confici fœdera, etiam plane aequalia. Interim si membrum ali-quot non amplius a toto corpore defendatur; aut defendi neque-at, non video, quidni fœderi valedicere possit. (a) Non enim tantum publicæ, sed cum primis propriæ salutis causa in societa-tem coaluit. (b) Qua si destituatur, nec discedere posset, pejo-

K

ris

ris essent Proceres nostri conditionis, quam ipsi subditi, quibus regulariter jure gentium, (c) si intempeſtive non fiat, (d) libertas competit emigrandi.

(a) Sed etſi conuenit, ne intra certum tempus societate abeat, & ante tempus renuncietur, potest rationem habere renunciaſio, uer tenebitur pro ſocio, qui ideo renunciavit, quia conditio quadam, qua societas erat initia, ei non præstat, aut quid ſi ita injuriosus & damnosus socius, ut non expedit cum pax L.14. D. pro ſocio.

(b) Circa ſyſtema non leva Statuum eſſe arbitrium, ex eo quoque appetat, quod in recessu Colonienſi de anno 1512, in quo fermo erat de magno Magiſtro Ordini Teutonici in Boruſſia adverſus Polonus auxili ferendo, dicatur: Den Hochmeiſter ans preußen belangend/ iſt betracht/ nachdem der Handel begehrter Hülfe an uns und die Stände mercklich gross iſt/ auch nicht wiffend/ ob der Hochmeiſter zum Reich ſich als ein Glied thun wolle oder nicht.

(c) Contrarium innuere videtur Hobbes. de ciuo c.8. §.ult. in f.

(d) Grotius: de J.E. & P. lib 2. c.5. §. 24. Puff. de I.N. & G. L.8. C.11. 2. Wicquefort dans l' Ambaſſadeur L.1. p. 117.

ſ. VI. Quod autem ab eodem ad Comitia convocentur, veniamque ætatis impetrant, Majestati eorum nequaquam officit, sed utrumque ex foederis natura profluſit. Oportet enim, ut locus sit & tempus, in quo in commune confuli poſlit. Potest autem Principi foederis uas Comitia convocandi, & propositionem faciendi concedi, in quo ſepe primaria membra, & in imperio nostro Electores ſuas habent partes. Veniam ætatis, quod concernit, conduceit plurimum corpori Germanico, ut singulæ provinciæ foedere junctæ prudenter regantur, nec turbis vel bello involuantur. Iam bellum intertinum vel externum in una provincia exardescens, haud diſſiciliter totum imperium, aut ad minimum vicinas provincias corripiet, ut totum ſyſtema bello im- plica.

plicaretur; quod contra foederis est leges, quæ totius corporis respiciant salutem. Interest igitur communis foederatarum provinciarum tranquillitatis, ne quis, nisi maturiori sit ætate, terram temoni admoveatur. Cumque interdum contra communem naturæ sortem judicium in aliquibus citius sese manifestet, ob incommoda inde nascitura, si omnia membra an hunc pro actuali socio agnosceré velint, consilenda forent; capiti suo hanc permisere facultatem, ut judicio annisque maturum re ipsa numero foederatorum adscribere queat. (a)

(a) Ceterum in terris suis æque Principes veniam etatis indulgere, similiaque Imperatoris jura exercere v. exempla apud Coler. de jure Imp. Germ. concl. 4.

§. VII. Sed quod de Principatibus suis testari non possint, quodque omnis terrarum alienatio ipsis sit interdicta, fallum est. Nam de Electoralibus quidem dignitatibus, quæ non vi certi rerritorii excentur, communi imperii placito per auream bullam aliter statutum est. (a) Principes autem de Germania feudis, non ubique ad Longobardicoru[m] feudorum normam exigendis, facultatem libere disponendi retinuisse censentur, (b) nisi pacta familiæ obstent. Ceterum quam plurimi juris periti non solum territorii partem, (c) sed & tota territoria, (d) absque Imperatoris consensu alienari posse propugnant. Nam longe maiorem iis esse libertatem, quam vulgaribus vasallis, tralatitium est. Multa extant alienationum exempla, ad quæ Imperatoris suffragium non fuit impetratum. Et si aliquando Cæsar is requisitus fuit consensu, illud non tam ex necessitate, quam in maiorem rei certitudinem factum est. (e)

(a) A. B. C 7. § 24.

(b) Vitriarius L. 3. tit. 20. §. 4. adeoque hodie nascuntur Reges & ante investituram successionem adeunt, sique imperator heredem feudalem investire detrectet  
K 2

detrectet, dominium omne Imperatorem amittere, jam tum Burgoldensis ait  
ad Infr. Poc. p. 1. discurs. 10. §. 15.

(c) *V. Henricus Michael resp. Kilon. 14. p. 129.*

(d) *Merckelbach ap. Klock. T. 1. Conf. II. n. 146. Struv. Syntagma feud. c. 14. aph. 29. n. 5 vid. altos citates ab Iter. de feud. Imp. c. 23. p. 971.* Ipse Rein-  
king strenuus alias iuris Romani propaginator L. 1. cl. 4. c. 17. n. 42, non  
meminisse se ait, Principum testamenta, quibus inaequalis portio liberis  
fuerit assignata, impugnata esse.

(e) Referendum hoc forte est, quod Serenissima Domus Brunsvicensis, cum  
ipsi a Rege Succise cederetur præfectura Tedinghausen stolidata sibi sit,  
ut Rex ad hanc alienationem Castream procuraret consensum.

§. VIII. Præterea nec Ordinum libertatem imminuit,  
quod Imperator de feudi amissione utjudec statuat, & vacantia  
ad illum recitant. Illud enim Principi foederis & seniori concedi  
potest, prout gubernator in Belgio constitutus litium inter uni-  
tas illas provincias exortarum solet esse arbiter. Nec soli Impera-  
tori hoc judicium tribuendum est, sed ex jure Principum, cum  
eo Pares curiæ concurrunt. Ita & Statuum Majestati nihil no-  
cet, quod in leges foederis grauiter impingentes territorio privari  
possint. Etenim hoc jure belli fit, quo ille coeretur, qui citra  
fidem datam corpori ejusque capiti hostilia infert, (b) cuius ta-  
men eminentiam comiter revereri debeat, quo intellectu socii  
in Imperatorem & Imperium latissima significazione crimen læse  
majestatis committere dicuntur. (c) Talem etiam potestatem  
alia foedera in socios iniquos exercuisse, ex historiis pate-  
scit. (d)

(a) In recessu enim imperii Wormatiensi de ab. 1521. §. ob auch Sachsen non  
excluduntur pares curiæ, sed vid. Struv. Syntagma juris feudal. c. 16.  
pag. 595. Sed saltē Aflsctores Camara Ordinat. Camer. p. 2. T. 7. Bit-  
schus ad jus feudal. Longob. p. 145. Hodie Imperator nullum feudum  
vacans

vacans, si est Principatus, absque Electorum & Principum consensu, aut si liberam Imperii civitatem tangit, absque trium collegiorum consensu conferre potest. *Capt. Caroli VI. art. XI.*

(b) *Grotius de I. E. et P. L. t. c. 3. §. 21. n. 5. Furstenerius de suprematu c. 29.*

(c) *Matth. de afflictis dec. Neapol. 265. n. 60. p. 433.* Eo scilicet respectu, cum contra fœdus impingant. Qui enim proprie Majestatis rei dici possent, contra quos ipsos crimen læsa majestatis committunt, qui eos neci dare attentant. *A. E. c. 24. §. 1.*

(d) Patet hoc ex historia Ulrici Würtenbergici, qui ob regimen iniquum & sevum in conjugem, & violentiam in Suevicas civitates, terris suis a foedere Suevico, cuius membrum erat, executus est. *Strach differt. Jurispubl. X. §. 2.* Quod autem ab Austria tam strenue causa contra Ulricum ageretur, & religio, ut supra dixi, & regio Würtenbergensis an fam praebueret.

§. IX. Tandem dicunt, si unicuique Procerum in territorio suo Majestas tribuitur, Germania desinit una esse res publica. Non enim amplius unum erit corpus, quod uno regatur spiritu. Ast omnino unum manet corpus, sed compositum & mylticum, quod uno spiritu ex harmonia membrorum inter se & cum capite proveniente regitur. Vna igitur manet res publica ad similitudinem foederis Amphictyonum (a systematis Achaii-  
(b) Reipublicæ Belgarum foederatorum, atque Pagorum Helveticorum, quos miror Guiliannum, (c) unam rem publicam vocari posse, dubitare; quamlibet in omnibus Germaniae nostræ non possint adaptari. (d)

(a) *Pausanias lib. 10. c. 8. Justinus L. 8. c. 1. Coccej. diss. de Imperio in paes § 20.*  
*Rockler. tom. posth. diss. 25. Synedr. Amphictyonum.*

(b) *Strabo Geogr. L. 9. p. 420. edit. Cefanboni. Pausanias de Grac. rebusup. L. 9. p. 373. edit. Sylib. Vibio Emmius, in rebuspubl. Grac. p. 2. c. 12. p. 201.*

(c) *De rebus Helvetiorum L. 3. c. 14 p. 391.*

(d) Placet sub finem laboris nostri, in quo omessa, aut minus curate posita, materia gravitas, & humani ingenii imbecillitas excusabunt, illud quondam illustris Thuani Hif, L. 1. p. 77. edit. francof. in 8vo adiungere: *Quid Germania in omni antiquitate, conferri possit, non video, nisi aut Amphityponum confessum, ab Amphityone Atheniensem Rege Decucalonis Filio Prometheus N. ad Thermepylas & apud Delphos institutum, qui XII. Gracia populos complectebatur, aut Achaeorum denique Concilium, quod sub Arato Sicyonio maxime immensum viguit, verum hoc cum Germania comparata, quasi musca ad elephantum.*

## Sphalmata quaedam typographica.


Pag. 4. lin. 30. pro Varroni lege Varo  
 p. 5. lin. 4. pro Germanica, Germania  
 p. 6. lin. 21. pro Tannis, Tanais  
 p. 14. lin. 4. lege ab alius  
 p. 16. lin. 8. pro iniendam, ineundam, & lin. 19. pro errogans, erogans  
 p. 22. lin. 23. pro s. 8  
 p. 31. lin. 23. pro filio, filo  
 p. 32. lin. 3. pro II, III. lin. 34. pro Greg. Sigebertus  
 p. 38. lin. 4. pro opitum, Apitium  
 p. 39. lin. 21. pro verti, verti  
 p. 47. lin. 15. pro Bruckmanni, Pruckmanni



X2424248








1718 2 260

TATIO JVRIS PVBLICI  
DE  
**IS PROCERVM**  
**RII MAJESTATICIS**  
QVAM  
PRAESIDE  
**HELMO GOEBEL,**  
EMQVE IN ACADEMIA JVLIA P. P. O.  
Æ ERVDIT ORVM  
VISITIONI SVBMITTIT  
A. ET R.  
**S HEINRICH MATHIAS**  
ELMSTADIENSIS  
NOVEMBRIS MDCCXVIII.



*HELMSTADII,  
FRMANNI DANIELIS HAMMII,  
ACAD. TYPogr.*